A
22-334

H
22-334

134

16 a 8

2'1181659H

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 22
Numero: 334

A
22
334

esi mesmo la ... obra q̄ fizo ... dixo ... diga / ... [illegible]

los ymagines delas obras delas q̄tro planetas q̄ ... [illegible]

... de bano dize lo ouydio en el q̄rto libro del su libro mayor

... vierssos en latin & de todas ... por q̄ ...

... ante q̄ por contar lo adelante ... vos dire

... delos gentiles por glos ... los planetas & los ...

... estos ... asi como lo cuenta agustin en el libro

... muy ... mente delo q̄ dize en latin ouy...

... dioses ... dize ... jupiter ...

... libris est cu ... ... [illegible]

... caput ... saturnia ... [illegible]

... ibidem ... dize ... asi ouydio desta ...

... vierssos ... latin ... glos dixo asi ...

... gigantes ... dioses ... aquellos

... en somo

... a gran femençia (et) afogaron todos en tierra (et) murieron q(ue) no

nin guno biuo (et) salio dellos la sangre & esparziose por lo

(et) andaua bulliendo como biua (et) enboluiese en el polu(o)

tierra. E dize ouidio q(ue) como aquella sangre cuerpos de a...

tierra (et) biuieron aquellos cuerpos (et) fueron de cabo gigantes. ...

...ur de parte vn doctor de los frayres menores q(ue) se trabaio de

...ar trasladar de ouidio mayor / atologia. dis q(ue) fablo aq(ui) ...

encubierta mente por semeiança. E q(ue) esto de beuir aquellos ...

de aquella tierra no q(ui)ere al dezir si no los del linaie de aquellos

...ncaua en la tierra ninos (et) pequenos. E adonde q(ue) dessa fuera quedo

en vestiero de los bienes & de sus parientes como se en veste de

la tierra la sangre & de sus mayores como ... e ouidio ...

Ba
R-9870

# ANDREAE TIRAQVELLI REGII in Senatu Pariſienſi Conſiliarii TRACTATVS,

Ceſſante cauſa ceſſat effectus.

correctione non indiget.



APVD GVILLIELmum de Millis.

1553

Coll.o dela Comp.a de Jh.s de Granada

+

Quod operatur propositum in proposito, idem oppositum in opposito, teste Aristot. lib. 1. Ethico. et probat in l. si ut proponis C. de inuf tis. in l. si ex toto. in pri ff. de leg. 1° not. tr. au thor. p. 1a part. n° 17. huius rei exemplu esse pot. prohibita alienatione censet prohibita prescriptio L. si fundum, cum simil. ff de fund. dot. ergo permissa alie natione censet et permissa prescriptio. not tr. in tract primogen. q. 30. n° 4.

---

del hre doctor ferrer

# Ceſſante cauſa ceſ-SAT EFFECTVS.

1 NVLLA omnino eſt iuris regula, nulla legū ſententia, nullū axioma, quod latiùs pateat, nec ex quo plus vtilitatis & emolumenti capi poſsit in explicādis, diffinien diſque, ac iudicandis forenſibus negotiis. Vix enim ex cūctis milibus vnum reperias, quod hac regula, aut iis quæ ad eam pertinent, non magnopere indigeat. præſertim quòd ea generalis ſit in legibus, cō tractibus, & cæteris diſpoſitionibus, vt atteſtatur Pet. Ancha. con. 47. pro clariori deciſione, col. 1, verſic. hæc eſt enim regu la generalis. Quò magis miror noſtros re gularum conſarcinatores hanc prætermiſiſſe, cùm alias multas non adeo vtiles & neceſſarias poſuerint.

*Vtilitas huius tractatus.*

2 ¶ Illud autem tibi imprimis præfandum duximus, cauſam à ratione in hoc differre, vt pleriſq; placet: quòd cauſa eſt id ex

*Cauſa quid ſit.*

quo, vel per quod, vel à quo, vel propter quod aliqd fit: ex quo illud frequẽs apud bonos authores, Quid cauſæ eſt? Et vt ſcribit Cicero, in libro de fato, ex Carneade: Cauſa ea eſt, quæ id efficit, cuius eſt cauſa: vt vulnus, mortis, cruditas, morbi: ignis, ardoris. Itaque non ſic cauſa intelligi debet, vt quod cuique antecedat, id & cauſa ſit: ſed quòd cuique efficienter antecedat. Et paulò pòſt, Intereſſe autẽ, vtrũ eiuſmodi, quid ſit, ſine quo aliud effici nõ poſsit: aut eiuſmodi, cũ quo aliquid effici neceſſe ſit. Nulla igitur earum cauſa eſt, quoniã nullam rem ſua vi efficit, cuius dicitur cauſa: nec id ſine quo quippiam nõ fit, cauſa eſt: ſed id quod, cũ acceſsit, id cuius cauſa eſt, efficit neceſſariò. Hæc ille.

*Iterum quid cauſa ſit.*

*Ratio qd ſit.*

*Cauſa ſine ratione poteſt eſſe, nõ ẽ diuerſo tamẽ, infra nũ.10.*

3 ¶ Ex noſtris autẽ Io. Mona. in. c. vlti. de iura. calũ. lib. 6. dicit cauſam multipliciter accipi: & cauſam eſſe animi impulſum ad aliquid agendum, vt accipitur in. l. 1. §. ſexum. ff. de poſtulã. Rationem autem eſſe gerẽdorum ordinem ex cauſa veniẽtium. Vnde (inquit) cauſa poteſt eſſe ſine ratione: at ratio non poteſt eſſe ſine cauſa. Cui adde id quod ſcribit Cicero in lib. 2. ad Herennium, ſi is ſit, Rationem eſſe cauſam,

quæ

quæ demonſtrat verum eſſe id quod intẽdimus, breui ſubiectione. Ex quo id certè apparet, nullam rationem eſſe ſine cauſa. Sed & Paul.Elear.in cle.dudum.§. nos autẽ,verſi. in ſtudiis, & ibi poſt eum Card. Flo.in verſ. ab olim,col.1.in.3.oppo.Imo. col.eiuſdẽ.c.12.verſ.3.Paul. hîc, de ſepultur. hinc occaſione ſumpta,quòd ille text. vtitur his verbis,ex aliqua ratione vel cauſa,idem dicunt quod Io.Mona.vbi ſuprà. vti etiam facit Ioan.And.in. c. cùm dilecti,col. 2.verſi.in gl. cauſa,ibi,de accuſati.

*Cauſa quibusmodis dicatur.*

4 ¶ Et ſubdunt ipſi Ioan.Mona.Ioã.And. & Card.Flor. quibus aliis modis cauſa dicatur.quæ nos prætermittimus, veluti ad hunc noſtrum tractatũ nihil pertinẽtia. Si quis tamen id ſcire cupiat, præter ipſum Monach. videat Hoſtien.in.d. c. cum dilecti,in verbo, ex cauſa,& ibi quoque Io. And.col.vlt. verſ.in glo.cauſa,extrà de accuſati. Bart. in.l.demonſtratio,§. quod autem,col.1.per totum.ff.de cond.& demonſtra.& Luc.Pen.in.l.1.col.2.verſicu. item no.quòd cauſa. C. de his qui non imple. ſtipẽd.lib.10. & Henri.Boh.in c.forus.§. cauſa,de verbo.oblig.

*Iterũ quid ſit ratio.*

5 ¶ Ratio igitur, vt illis, & aliis plurimis

placuit, eſt ordo gerendorum ex cauſa venietium. vel, vt ſcribit Bal. in. l. omnes populi, col. 7. verſi 3. quęro. ff. de legib. eſt vrgens diſputatio vel euidens demõſtratio, vt dicit notari in. l. 1. §. veteres. ff. de acq. poſſeſs. & in l. non omniũ. ff. de legib. vel, vt ſubdit ipſe Bald. ratio eſt quidam motus animi, viſum acuens, veráque à falſis diſtinguens, vel eſt mentis motus, in his quæ dicuntur, decernere vel conuertere valens, per. l. vlt. C. de indic. viduit. tolen. & l. his ſolis. C. de reuocand. donati.

6 *Cauſa de præterito aut præſenti: Ratio de futuro.*

¶ Ex quibus vides cauſam de præterito eſſe aut præſenti. Rationem, de futuro, vt etiam ſcribit Bart. in. d. l. demonſtrat. §. quod autem, col. vlt. verſi. in. 8. quæſtio. ff. de cõd. & demonſt. & in. l. 2. §. vlt. colũ. 2. verſ. 3. ſumitur. ff. de donatio. & Salic. in. l. generaliter, in fi. C. de epiſco. & cle. Aegid. Bellemer. in c. poſt tranſlationē col. 4. verſic. de ratione verò, de renunciatio.

7 *Cauſa & ratio ſæpe confundu.tur.*

¶ Verũtamen hæc ſæpius confundũtur, alterúmque pro altero ponitur, vel optimis authoribus. Cicero lib. epiſt. famil. 15. ad Catonem. Cùm autem ad Cybiſtra propter rationē belli quinque dies eſſem moratus. Cæſar lib. 8. belli Gallici, Quãtum hyber-

hybernorum opportunitas bellíque ratio poſtulabat. Et apud nos in.l. eas obligatio nes.ff.de cap.diminutio.quam in hoc expēdit Alber.in ſuo lexico,in verbo, ratio aliquãdo.& Paul.Pariſ.conſ.12. trãſactio, nu.186. lib.2. Nonnunquam autem ſimul hæc coniungũtur, vt apud Terentium in Eunucho. Num parua cauſa, aut parua ratio eſt. Ciceronē lib.1.Officior. Cauſa autem & ratio efficiēs magnos viros in priore eſt. Arnobium ín lib. aduerſus gentes, vbi in infinitis propè locis hæc verba cõperies, Quæ cauſa? quæ ratio eſt?

8 ¶ Et hãc quoque confuſionem videbis apud noſtros iuris interpretes, vt apud Bar.in.l.2. §. vlt.ante fin.ff.de donatio. & in extrauagã.ad reprimendum, in verbo, abſentia.Bald.in.l.1. col. 1. verſi.in ea glo. ibi,ſed impulſiua.ff. de feri. & in. l. data, col. 9. verſic.item not. quòd non dicitur. C.qui accuſar. non poſ. & in.c. & ſi Chriſtus,col.vl.verſi. adde quòd ceſſante vna. de iureiuran. Card.Flo.in.c.ſi quando, ad fi.de reſcrip,& alios plurimos quos infrà in hoc tractatu citabimus, nunc cauſam, nunc rationem,rem vnam appellantes. *De eadē re.*

9 ¶ Cæterũ Philip. Dec.in.c. cũ ceſſante, *De eadē re.*

col.1.ſtatim poſt princip.de appellatio.dicit cauſam pro ratione tunc accipi,cùm dicimus ceſſante cauſa ceſſare effectũ. Ante eum Imo.in c. poſt tranſlationem, col. 6. num. 40. de renun. dicit quòd cauſa finalis legis propriè dicenda eſt ratio, & allegat Bart. in. l. 2. §. vlt. ff. de donat. vbi id non adeò expreſſè dicit.

*Cauſa finalis legis propriè dicitur ratio.*

10 ¶ Et facit ad ſuperiora quod ſcribit Bal. in c,monaſterium,de vit.& honeſt. cleri. quòd illa dicitur cauſa,cui ratio ineſt. Nã ſi ratio non ineſt,non dicitur propriè cauſa,ſed abuſiuè,l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti,§ poſſum,in fi. ibi,nec raró probabilis cauſa eſt.ff.de verb.oblig.& ſequitur Phili.Dec.in d.c.cũ ceſſante,haud multò poſt prin. de appel. & Paul. Pariſ.conſi.32.potiſſima dubitatio,col.5.num.53.li.1. Quod nos ideo dicere voluimus, quòd in hoc ipſo tractatu,qui de cauſa ceſſante eſt,aliquando etiam cõfuſim & promiſcuè poſt alios tractabimus de ceſſante ratione.

*Cauſa cui ratio ineſt.*

11 ¶ Ceſſante igitur cauſa ſeu ratione (vt vtrumque copulemus,& ad noſtrũ principale inſtitutum redeamus) ceſſat effectus: vulgatiſsima apud noſtros ſententia,& vice prouerbij celebrata, quam neſcio quis

*Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*

in verſum redegit non admodũ elegantē:

Cauſatũ perimit cauſa perempta ſuum.

vt videre licet ex glo. in c. ita quorundam, in verbo ferrum, de iudæ. Ego autem maluiſſem ita dicere.

Effectum perimit cauſa perēpta ſuum.

Eſtq; ex lib. 2. Phyſicorum Ariſtotelis (ni fallor) deprompta, tandémque etiam pontificiis ſanctionibus ſæpe, veluti cōceptis quibuſdam verbis vſurpata, vt videre licet ex c. & ſi Chriſtus, paulò ante fi. de iureiur. & c. cũ ceſſante, in prin. de appella. & in c. cũ infirmitas, de pœnitē. & remiſ.

12 ¶ In ídque allegātur l. in omni, vbi Bart. ff. de adopt. & l. licet. §. ea obligatio, ff. de procurat. & l. actione. §. item ſi alicuius. ff. pro ſoci. & l. vlt. & ibi glo. & Bar. ff. de teſt. tut. & l. ſi duas. §. pe. ff. de excuſat. tut. &. l. ex facto, in princip. & ibi doctores, id trahētes ad quaſdã quæſtiones, & inter alios Alex. col. 2. verſ. itē nota quòd ceſſante. ff. de vulg. & pupil. & l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patrona. & l. qui cũ hærede. ff. de actio. & obli. & l. adulter. §. vlt. & ibi gl. et doct. ff. de adul. & l. planè. ff. de oper. libertor. & l. nec magiſtratibus. ff. de iniur. & l. generaliter, vbi gl. & omnes. C. de epiſcop. *De eadē re.*

epiſcop.& cleric. ex quibus Paul.Caſtr. eam.l.ſemper ad hoc dicit allegari. & authen.ſed neque curialem,& authen.ſi ſeruus. C.eod.tit.&.l.1.C.de hæret. &.l. vlt. C.de reſtitut.milit.&.l. 1. in princ. & ibi glo.in verb.imaginem. C. de lat.liber.tollen.&.l.vlt.C.de teſta.milit.&. §. illos autem,& ibi glo.Inſtit.eod.tit.&.§. vlt. Inſtit.de author.tutor.&.§. hi qui reipublicę.Inſtit.de excuſat.tutor.

13 *De eadē re.* ¶ Et alij tex. iuris canonici, præter eos, quos ſupra citauimus,videlicet.c.poſt trāſlationē, verſi.cęterū,extra de renūciat.& ibi omnes doctor.ex quibus Card.Flor.in 4.not.dicit eū quoq; tex.ſemper ad hoc ſolere allegari.&.c.magna,in fi.de voto, &. c.nō debet,& ibi Anto.in.6.not.de cōſan. & affini.&.c.2.de tornea.ex quo not.Anton.in.1.not.quòd ceſſante fine facti, ceſſat facti effectus.&.c.ſuggeſtū, de decim. &.c.vlt.de vit.& honeſt.cleri.&.c.cùm ex iniūcto,de oper.no.nūci.&clem.1.de regular.ex qua not.Imo.in.3.not. ad remotionē cauſæ ſequi remiſsionem effectus &.c. quia ſtatuimus.§.his omnibus. 61. diſtinctio.&.c.quia ſancta.§.verū.63. dinſtinct.

14 ¶ Et ex hoc fit,vt dicamus paria eſſe nul

lam

lã ab initio fuiſſe cauſã, vel fuiſſe aliquã, ſed eã eſſe finitã, per tex. in. l. 1. ff. de cõdic. ſine cau. & l. nihil ĩtereſt. ff. de naut. fœno. Et ita voluit per eos tex. glo. in cõſtitut. Siciliç, incip. ſi quem noſtrum fideliũ, & ibi quoque Matth. Afflict. col. 2. verſi. tertiò not. ex tex. *Paria ſunt non eſſe cauſam, & eã eſſe finitã.*

15 ¶ Sed & ex eo illud procedit quod noſtrates ſæpe ſolẽt dicere, quicquid eſt cauſa cauſæ, id quoque eſſe cauſam cauſati, id eſt effectus, per. l. dotem dedit. ff. de collat. bonor. & l. manumiſsiones, & ibi Iacob. Butrigar. & Raph. Fulgoſ. col. 1. verſi. not. quòd quicquid. ff. de iuſtit. & iure. Bald. in. l. ex placito, colũ. ſecunda, verſicu. decimotertio, quia actiones. C. de rer. permutat. Raph. Fulgoſ. in. l. cũ hic ſtatus, §. ſi inter virũ, in fi. ff. de donat. inter vir. & vxo. Corne. cõ. 144. viſo themate, col. vlt. in litera p. vbi & ad hoc citat Proclum philoſophum in lib. de cauſis. Soci. conſi. 156. pro fundamento, col. 6. verſi. præterea reſpondetur alio modo, lib. 2. & omnes vbique. *Quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt et cauſati.*

16 ¶ Et illud quoque, quòd falſa cauſa (intelligo de finali, propter ea quę dicemus infrà ĩ 1. limitatione) errãter emiſſa, vitiat & legatũ. l. 1. & ibi not. C. de falſ. cau. adiec. le. *Falſa cauſa.*

Et con-

Et contractum.l. ſi diuortio, cum glo. & ibi Raph. Comen. Paul. Caſt. & Alexander.ff. de verb. obligat. & l. 2. §. circa. ff. de doli exceptione. Alexand. conſi. 89. viſo puncto, & inſtrumentis, verſi. & benefacit, lib. 2. Carol. Ruinus conſi. 137. verbis vtriuſq; teſtamenti, col. pen. nu. 11. lib. 3.

17 ¶ Et illud item quod eſt veluti noſtrę regulæ oppoſitũ, vt durante cauſa durare & perſeuerare debeat effectus, vt dicit Signor. conſi. 135. paterfamilias, col. 1. nu. 6. per l. ſemper. §. negociatores, ff. de iure immunita. & l. ſi cui. §. 1. ff. ex quib. cauſ. maior, & l. 2. §. omnes. ff. de iud. & l. Titia. §. vſuras. ff. de leg. 2. & l. qui nominibus. ff. de excuſat. tut. Nam vt hoc ei addas, quod operatur propoſitum in propoſito, idem oppoſitum in oppoſito, vt tradit Ariſtoteles in lib. 1. Ethicorum & probatur in l. ſi vt proponis. C. de nup. cum ſimilib. à me collectis in noſtro tractatu Retractuũ tit. 1. §. 12. in glo. 1. num 16. incip. poſſet item.

*Durãte cauſa, &c.*

18 ¶ Et hæc procedunt, vt ſcilicet ceſſante cauſa vel ratione ceſſet diſpoſitio etiam in foro quod conſciẽtiæ appellatur. Ita enim expreſsè voluit Franc. Curt. iunior conſi. 12. videtur prima cõſideratione, col. 3. ver. ſed

*Hæc regula etiam in foro cõſciẽtiæ procedit.*

ſed quòd fortius, per text. bonum ( vt ipſe dicit) text. in c. quoniam contra falſam, de probat. & ibi Panor. col. 4. verſi. vltimò hîc nota, qui ex eo tex. no. quòd quando conſtitutio continet aliquid non propter ſe principaliter, ſed ad aliquem finem, nõ illaqueat tranſgreſſores ad pœnam: ſi finis ad quem principaliter tendit cõſtitutio, non violatur, etiam reſpectu peccati mortalis: dummodo id non fiat in contemptũ conſtitutionis, & alios allegat, quos ibi videre poteris.

19 ¶ Sed vt ad ſpecies rerum deſcendamus, & quidem ordine alphabeti, vt faciliùs & promptiùs quod quiſque volet, reperiat.

## A

20 ¶ ABLATIONIS cauſa ceſſante, ceſſare debet & ipſa ablatio. verbi gratia, princeps poteſt ex cauſa auferre rem alterius. l. item ſi verberatum, §. 1. ff. de rei vendic. & l. Lucius. ff. de euictio. glo. & doct. in. l. vlt. C. ſi cõtra ius vel vtilit publ. cum aliis multis concord. à me traditis, in repet. l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, nu. 42. incip. 22. ex l. item. C. de reuocand. donatio. Certè ſi ea cauſa aliquando ceſſet, *Ablationis cauſa ceſſã-te ceſſat ipſa ablatio.*

debet

debet ea res reſtitui, vt nuncupatim voluit Inno.in.c.quia pleriq;,ad fi. de immuni.eccleſ. Anto.& Imo.in.c.quæ in eccleſiarum:ille col.3.verſic.venio ad ſecundū: hic col.5.verſic.quid autem ſi ſtatutum,& ibi latè Feli.col.11.verſic.ſecunda declaratio,de conſtit.& Iaſon in.l.1.col.14.verſic. quartò adde tex.ff.de offi. eius cui mand. eſt iuriſ.& conſ.92.illuſtriſsimus,col. antep.ver.dictum inſtrumentum,li.3.

*Abſolutionis cauſa ceſſante, ceſſat abſolutio.*

21 ¶ ABSOLVTIONIS cauſa ceſſante,
ceſſat abſolutio.l.ſi à te, & ibi Soci. qui
id no.in.1. no. ff. de except.rei iudic. Et
id quoque ſatis apertè probatur ex.l. 2. &
l.ſi mater.§.eādem,eod.ti. Et facit quod ex
Paul.Pariſ.dicemus infrà in ceſſante ratio
22 ne legis,nu.17.incip.hócque illud eſt, &
quod itē dicemus in ſētētiæ cauſa ceſsāte.

*Actionis cauſa ceſſante ceſſat actio.*

*Fideiuſſori ante ſolutionem an & quomodo cōpetat actio.*

¶ ACTIONIS cauſa ceſſante, ceſſat ipſa actio,aut certè illius perſecutio ſiue exercitium.verbi gratia,Fideiuſſori ante ſolutionē cōpetit actio cōtra reum dilapidantem bona ſua.l.ſi pro ea.C.manda. Si igitur reus ad frugalitatem redierit, deſierítque bona ſua dilapidare,ceſſabit ea actio, vt dicit Bald.ibi,in.8.quæſtio.

23 ¶ Nā & aliâs ceſſante eo quod intereſt,

ob

ob quod competebat actio, deſinit eadem actio competere.l.ſi procuratorē,§.mandati,ff.manda.& voluit glo.in.l.ad comparādas,C.eod.tit.Sed quoniā id recipit multas ac varias diſtinctiones,limitationes,reſtrinctiones,vide ampliùs ſuper hoc glo. in.l.qui autem.§.illud tenendū,& ibi Bar. Bald.Salyc.Raph.Fulgo.Roma.& Iaſon. ff. ſi quis cautio. Cy. latè poſt alios antiquiores. Bald.Salyc.& Paul. Caſt. in. d.l. ad comparandas.Et vide etiam quòd dicemus infrà in Redhibitionis cauſa ceſsāte. *Actio an ceſſet ceſſante intereſſe.*

24 ¶ ADEMPTIONIS cauſa ceſſante,ceſſat adēptio,vt voluit Bart.in.l.cùm ſeruus.ff. de adimend.leg.per tex.in.l.quòd ſi redierunt,quę eſt.4.eod.tit.vbi ademptio legati quę interuenit ob inimicitias quę interuenerunt inter teſtatorem & legatarium, ceſſat,ſi iterum in amicitiam redierint.reſpondétq; Bart.ad.d.l.cùm ſeruus,quę videbatur probare contrariū, ſcilicet quòd ſi ſeruus alienatus à teſtatore ita vt legatū ademptum ſit,poſtea ſit redemptus , manet tamē adēptio, nec debetur legatario, niſi ſi noua volūtas teſtatoris acceſſerit. Nā vt dicit ipſe Bar.inimicitię,de quibus ī.d.l.4.fuerūt cauſa adēptionis, vnde illis ceſſan- *Adēptionis cauſa ceſſante, ceſſat ademptio.* *Amicitia redintegrata reſtituit quod inimicitiæ ademerant.*

ceſſantibus prçſumitur ceſſare voltas adi- voluntas
mendi. At in d.l.cũ ſeruus, ea alienatio nõ
eſt cauſa volũtatis adẽptionis, ſed præceſ
ſit voluntas adimendi, quæ oſtẽditur per
actum ipſius alienationis: vnde ſecuta re-
demptione non ſequitur quòd remaneat
voluntas legandi, quia nõ erat eius cauſa.

25 *Aetate ceſſante ceſſat effectus illius.*

¶ AETATE ceſsãte ceſſat effectus illius.
verbi gratia, filius minor qui nõ redemit
patrem excuſatur, ne priuetur illius hære
ditate, auth. ſi captiui. C de epiſcop. & cle-
ric. Quid ergo? ſi factus eſt maior patre
ſemper captiuo, nec poſtea eum redemit.
certè priuatur, ceſſante ſcilicet ætate mi-
nore, quç illum excuſabat, vt voluit Bald.
in d. authen. ſi captiui, poſt mediũ, in verſ.
ſecunda quæſtio eſt. Nã priuilegium da-
tum ætati, nõ durat poſt eam ætatem. per
l. Titia. §. vſuras. ff. de lega. 2. & l. doli. §. di-
uerſũ. ff. de nouationib. & quia obſequiũ
filij erga patrem, habet in ſe actum ſucceſ-
ſiuum, & non inſtãtaneum. Licèt ſecus ſit
in matre minore, quæ non petiit tutorem
filio impuberi: nam cùm ſit minor, lex ſta
tim prouidet de alio tutore: ideo mater li-
beratur ab onere petendi, quia prouiden
tia legis ſufficit, mater enim à iure prçuẽ-
ta eſt,

ta eſt,arg.l.cauſam.§. puella. ff. de manumiſſio.de quo & nos dicemus in.4.limita. num.6.incipien.nec hinc longè diſtat.

26 ¶ Et facit etiam ad hoc noſtrum propoſitum,quod ſcribit Cyn.poſt Pet.in.l.1.C. in quibus cauſ.in integ. reſti. non eſt neceſ.& in.l.minoribus,& ibi quoq; Ange. C.de his quib.vt indig.& Ang.in.§.illud, in authen.conſti.quæ de dignita.Alex.in l.ſi cùm dotem.§.ſi maritus,col.2.verſi. & iſtud in terminis,ff.ſolu.matrimo.Et vide quæ dicam infrà in illa.4.limita.nu. 7. incip.& quod in ſimili,& ſequen. *De eadẽ re.*

27 ¶ AFFINITATIS cauſa ceſſante, ceſſat & ipſa affinitas, & proinde effectus, qui inde ſequebatur, vt bene probat tex. in.l. cui eorum.§.affinitatis.ff.de poſtulan.&.§ Affinitatis.3.quæſt.7.& gloſſ.not.in l.ſed hoc,in princi.in verb. ſuccurrendū. ff. de re iudic.quæ dicit ( vt oẽs ſentiunt ) quòd ſoluto affinitatis vinculo, ſicut amor qui ex affinitate proceſſerat,ſoluitur:ita & priuilegij,quod inde oriebatur, beneficium, quod ſcilicet ibi datur ratione affinitatis, quam glo.dicit valde not.Alex.qui eam.l. legit,cum.l.non tātùm,col.vlt.verſi. capio glo. & eā quoq; expendit & ſequitur Bal. *Affinitatus cauſa ceſſante, ceſſat affinitas.* *Amor ex affinitate, ea ſoluta, ſoluitur.* *Affinitatis priuilegium ceſſat finita affinitate.*

in l. affinitatis. C. com. de ſucceſsioni. & in d. l. cui eorũ. §. affinitates. ff. de poſtulã. vbi & eam dicit no. & in l. vlti. & ibi quoque Pau. Caſtr. & Iaſon qui eam dicit ſolennem. C. de verb. ſignificat. & ipſe Bal. in c. accedens, vt lite non conteſta. vbi eam dicit ſingul. & rurſum in c. in literis, in fin. de teſtib. Alexan. qui eã quoque dicit no. conſi. 207. ponderatis verbis ſtatuti, col. 3. verſic. quartò per id, lib. 6.

*Frater mariti an poſſit teſtificari pro vxore ipſius fratris.*

28 ¶ Ex quo ipſe Bald. & Ange. poſt Guil. Cu. in d. l. cui eorũ, §. affinitates, dicunt ꝙ licet quis pro vxore fratris viuentis non poſsit ferre teſtimonium, ſaltẽ non faciat fidem integrã: intelligitur tamen quãdiu durat affinitas: nã ſi frater eſt mortuus, & ita ea affinitas ſit ſoluta, poterit pro ea teſtificari. quod & ſequitur Alex. d. cõſi. 207 ponderatis verbis ſtatuti, col. 3. verſic. tertiò, quia hoc expreſſè, lib. 6. Lãfran. Oria. in repe. c. quoniã contra falſam, in materia teſtamenti, de probat. vbi & ipſe id trahit generaliter ad oẽs affinitates. Hyppo. Marſil. qui & illã glo. ad hoc dicit ſingul. in l. 1. §. idem Nummio, col. 1. ff. de quæſtio.

*Quid de cæteris affinibus.*

*Amoris vinculũ nõ om-*

29 ¶ Sed hic paulisper aduerte lector amantiſsime, quoniã ea glo. in d. l. ſed hoc, non dicit

dicit omnino diſſolui amoris vinculū ſoluta affinitate, ſed decreſcere: quaſi diceret non tantum eſſe amorem affinitate ſic ſoluta, quantus erat ea durāte, ſed diminui per ſolutionē affinitatis, non quòd omnino perierit: tanquam ſcilicet adhuc maneant quædam veſtigia & reliquiæ ipſius, quod facit vt nō omnino ceſſet cauſa, ſecūdum ea quę dicemus infrà in 17. limitatione. Pręſerim ſi ex ea affinitate ſiue matrimonio, ex quo cōtracta ea erat, māſerint liberi. vt ſimili cōſuluit Pa. Caſt. cōſi. inci. vertitur quęſtio, an ſtatutum de cōpromiſſis, quem refert Alex. d. conſi. 207. ponderatis verbis, col. 2. verſic. quartò per tex. li. 6. quod tamen conſiliū reperire nō potui. Ideo relinquendum eſſe arbitrio boni viri cenſeo, quanta fides ſit his abhibenda.

*mino ſoluitur ſoluta affinitate.*

*Præſertī ſi remāſerint liberi ex ea affinitate.*

¶ Et hinc quoque (vt redeamus) fit quod 30
ſcribit idem Bald. in l. 1. col. 10. verſi. ſuper tertio articulo de affinibus. C. de his qui accuſa. non poſſunt, quòd licèt affinis poſſit accuſare propter ſui affinis iniuriam, per l. 1. §. 1. ff. de poſtulan. hoc tamen procedit durāte affinitate, ea enim ſoluta nō poteſt, per d. gl. in d. l. ſed hoc, de re iudic. & d. l. cui eorū. §. affinitates, & l. quod ait, ibi,

*Affinis accuſare poteſt.*

*Durante tamen affinitate, non ea finita.*



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

finita eſt.ff. de diuor. Et id ſequitur Alex. d.conſi.207.colun.4. verſi.& quòd non ſit omnino eadem ratio,lib.6.

31 ¶ Sed & hinc quoq; illud fit,vt ſtatutum iubens quæſtiones affinium inter ſe compromitti,cuiuſmodi eſt Bononiæ,& in aliis multis locis, intelligatur durante affinitate,non etiã ea ſoluta, vt voluerũt Bar. Bal.& Ange.in.d.l.cui eorũ,§. affinitates, per eum tex.ff.de poſtulan.Bal.in.d.l.vlti. col.1.in.1.not.C.de verbo. ſignifi. vbi dicit hoc quoque tenuiſſe antiquos aduocatos Peruſinos,& in.d.l.affinitatis,col.1.verſic. item nota quòd aduocati.C.comm. de ſucceſsio.& in.d.c. accedens,vt lite non conteſta.& in ſua margarita, in verbo, affinitas.Pet.Anchar.in repet.c.1.in.14.quęſtio. princip. verſicu. quæro vlteriùs de verbo conſanguinei,de conſtitu.Pau.Caſtr.in.l. ex diuerſo,quam legit cum.l.rei iudicatæ, §.vlti.& ibi etiam Franc.Areti. & Alexã. ff.de re iudic.idem Pau.conſi.80.ſuper primo dubio ſeu quæſito reſpondetur, in. 3. dubio,lib.2.& Ioan.Anan.in.c.ſalubriter, colu.1.verſicu.nunquid autem dicatur, de vſur.Alexand.in.d.l.ſed hoc,colu.vlti. ff. de re iudic.vbi dicit ita cõmuniter teneri.

*Statutũ de compromiſſo affinitũ non obtinet finita affinitate.*

& latè

& latè.d.conſi.207.per totũ.lib.6.vbi multa allegat ad hanc rem pertinentia.

32 ¶ Verum Salyc. ſubdubius tamẽ in. d.l. vlt.C.de verb.ſigni.hoc intelligit,niſi maritus aut vxor ſuperſtes, manerent in viduitate,nam tũc tantiſper cenſeretur manere in eodẽ matrimonio, quod affinitatẽ produxit,per.l.vlt.C.de bon.mater.& gl. in.l.1.§.exactio.C.de rei vxor. actio. cum aliis multis cõcordãt.à me adductis in tractatu Nobilitatis.c.18.nu.9.incip.nam interim dum eſt vidua.Et hoc dictum Salyc. ſequitur & extollit Barb. in repet.l. cùm acutiſsimi. col. 59. verſic. Do. Saly. in.d. l. fi. C. de fideicommiſſ.

*Niſi ſuperſtes ex cõiugibus maneret in viduitate.*

*Viduus aut vidua cenſetur manere in eodẽ matrimonio, ſed impropriè, num. ſeq.*

33 ¶ Sed id nõ recepit Alex.in.d.l.ſed hoc, vbi ſuprà,dicens ſe contrariũ conſuluiſſe, vti latiſsimè cõſuluit,d.cõſ.207.lib.6. verba enim ſtatuti debere intelligi propriè, nec extẽdi debere ad caſum fictum,c. ſuceptum,de reſcrip.lib.6.&.l.3.§. hæc verba, & ibi Bart.ff.de nego.geſt.Idem Bart. plenè in.l. omnes populi,in. 6. quæſt. ff. de iuſti.& iu.& in.l.apud Iulianũ.§.vl.ff. quib.ex cauſ.in poſſeſsio.eat.Sed quòd videatur eſſe in eodem matrimonio,quæ durat in viduitate,id ex fictione eſt, cum nõ

*Qui contrariũ tenent.*

*Statuta non extendũtur ad caſum fictum.*

*Vidua ĩpropriè cẽſetur eſſe in ma-*

 ſit

*trimonio.* ſit verè matrimonium, vnde ea non voca-
*Vidua nõ di* tur vxor.l.1.cum gl.1.C. vnde vir & vxor,
*citur vxor,* & not.Bart.in.l.Titia Seio.§.vſuras. ff.de
*vide nu.* 35. legat. 2. & eam quoque Salyc. ſententiam nulla Alexand. mentione facta, reprobat Iaſon in.d.l. vltima,colum. 3. in. 3. nota. C. de verbo.ſignifi.

34 ¶ Tamen vt verum fatear, iſtud non eſt
*Statutũ id* ſine ſcrupulo, nam huiuſmodi ſtatutũ eſt
*de cõpromiſ* fauorabile, vt per ſe ſatis patet, & voluit
*ſis affinium* Bald.in.d.l. affinitatis,circa medium, ibi,
*fauorabile.* pone ſtatutum dictat.C.com.de ſucceſsionib.& in.l. qui ſe patris,colũ.vlt.C. vnde liber.vbi ex hoc infert,quòd extẽditur ad caſum improprium: quem ſequitur Paul.
*Et trahitur* Caſtr. & ipſe Rom. ibi, ex quibus idem
*ad caſum* Paul. dicit tale ſtatutum comprehendere
*impropriũ.* etiam eos qui ſunt in ea affinitate, quam ius non conſiderat, quod ſequitur & extollit Iaſen ibi,colũ. 22. verſi. 2. infert, & multis ſequent.& in.l.quiq; litigandi cauſa,quę eſt.l.4.quam legit cum.l.2.§.prętor ait,col.2.in 4.not.ff. de in ius vocan.

35 ¶ Sed & tale ſtatutũ eſſe fauorabile prę-
*De eadẽ re.* ter illos, Hoſt.& Io. And.in.c.1. de trãſac. Bart.in.1.conſti.C. Anto.in.c.1.de mut.petit.Petr.Anch.conſi.187.apud me quęſtio

iſta,

iſta,ad fi.vbi& hoc dicit,in hoc ſtatuto cō prehendi affines & conſanguineos naturales.Raph.Fulg.cōſ.109. item ſi qui quæſtio,col.pe.ver. & in propoſita quæſtione Alex.in.l.1.§.lex Falcidia, col.1. ff.ad leg. Falcid.& in rub.ff.ſol.matri.colū.6. verſi. ſed mihi plùs placet.Mari.Soci.Senior,cō ſi.4.incip.viſis actis & actitatis,in fi.et cō. 27.pro deciſione præſentis cōſultationis, in fi.Phil.Dec.conſ.13.cuius ſuperſcriptio incipit, an appellatione agnatorum, poſt princip.verſi.2. ad iſtud. Sed de hoc vide omnino Alex.in.d.l.qui ſe patris,col.pen. verſi. & ideo dicunt, C vnde liberi. *Id ſtatutū cōprehendit affines naturales.*

36 ¶ Quid? quòd & leges noſtræ etiā ſolut. matri. vxorem vocant. l. diuortio, iuncta glo.in verbo,vxoris.ff.de negot.geſt.&.l. ſi quis reum.§.idē Iulianus,le.1. cum glo. parua.ff.de liber.lega.quam ad hoc expēdit ipſe Alex.conſi.20.viſo proceſſu cauſæ inter Katharinam, col.1. lib. 2. Quibus concinens Ouidius lib.1. faſtorum. *Vxores vocātur etiā ſoluto matrimonio.*

Per totidē menſes à funere coniugis vxor
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

Et alibi leges vocant generum & ſocerum etiā ſoluto matrimonio.d.l.vlt.C.de verb. ſignific.quibus concinens Lucanus lib.3. *Gener et ſocer ſoluto matrimonio.*

 Pharſalicæ

Pharſalicæ, paulò poſt princ. vmbra Iuliç defunctç Pōpeio viro in ſomnis apparēs, renūciat illū Iulii Cæſaris patris ſui generū vel inuitū eſſe, tametſi illa defuncta ſit.

—— Nunquā tibi Magnæ per vmbras, Perq; meos manes generum non eſſe licebit. Et Cæſar ipſe apud eundē Lucanū tū multis in locis, tū li. 9. eiuſdē operis Pōpeiū poſt mortē eiuſdē Iuliç, generū vocat. Exiliū, generiq; minas Romamq; timebā. Et paulò pòſt ſe illius ſocerum appellat. Sentiat aduentum ſoceri.

37 *Concordia præcedentium opi.* ¶ Porrò Oldrad. quem refert & ſequi videtur. Bal. in. d. l. vlt. C. de verb. ſigni. pro horū cōcordia dicit, quòd in illa. l. volebat quis ad actū fauorabilē ſine alterius iniuria in ſubſidiū admitti, tāquā gener ſiue ſocer, quod ei permittitur, quia latiſſimè in fauorabilibus fit interpretatio. At in. d. l. cui eorū. §. affinitates. ff. de poſtula. volebat ſub affinitatis velamine cōtra ius commune admitti. Cui cōcinens Paul. Caſt. d. cōſi. 80. lib. 2. Aut quis, ait, tāquam affinis vult admitti ad aliquid quod ſit de iure cōmuni, & admittitur etiam ſoluta affinitate, per. d. l. vlt. Aut ad aliquid de iure ſpeciali, & cōtra ius cōmu. & non admittitur.

Certum

Certũ eſt autẽ quòd de iure cõmuni quis ad cõpromittendũ non cogitur, l.ſi dictũ. §.ſi compromiſerit.ff.de euictio.Bart.in.l. furti.§.qui iuſſu.ff.de hisqui no.infa. Bal. in.l.ex ſtipulatione.C.de ſenten.Et eandẽ fermè diſtinctionem tradidit idem Paul. in.d.l. ex diuerſo. ff. ſolu.matrimo.

38 ¶ AMORIS cauſa ceſſante, ceſſat amor, vt oſtendit Plutarchus in lib. cui titulum fecit *Gamikà paraggélmata,* id eſt, cõnubialia præcepta, quòd quẽadmodum ignis in paleis leporiniſq; pilis accẽditur, ociúſque reſtinguitur: ita breuẽ amorem nouorũ coniugũ corporis forma inflãmatum, nec durare poſſe, nec firmũ eſſe exiſtimãdũ. tanquã id dicat: vt forma, cuius gratia amor cõciliatus eſt, citò abit, ita amor ipſe: nã cùm propter formam ames, idem amoris & formæ finis eſt. vnde etiam eſt illud Terentii in heautontimorumeno,

*Amoris cauſa ceſſante ceſſat amor.*

Quippe forma inpulſi noſtra nos amatores colunt.

Hæc vbi immutata eſt, illi ſuũ animũ aliò cõferũt. Et illud quoq; Iuuenalis Satyr.6.

Cur deſiderio Bibulę Sertorius ardet?
Si verũ excutias, facies non vxor amatur.
Tres rugę ſubeant, & ſe cutis arida laxet,

Fiant

Fiant obſcuri dentes, oculíque minores,
Collige ſarcinulas dicit libertus, & exi,
Iam grauis es nobis.

Quod & plurimis declarat Ariſtoteles li. Ethi. 8. amicitiā quę ex forma & pulchritudine proficiſcitur, deficiēte ipſa pulchritudine, eā quoq; deſinere. De quo & nos quoq; diximus in noſtris legibus connubialibus in. l. 2. nu. 21. nec ſoli ſunt.

*Appellationis cauſa ceſſante, ceſſat appellatio.*

39 ¶ APPELLATIONIS cauſa ceſſante, id eſt grauamine, propter quod appellatio eſt emiſſa, ceſſat ipſa appellatio, cuius rei eſt tex. expreſſus in. c. cūm ceſſante, & ibi Panor. in. 1. no. de appel. Eſt enim (vt dicit ipſe Panor.) grauamē appellatiōis cauſa. c. vt debitus, eod tit. Igitur eodē grauamine ceſſāte, ceſſat appellatio, vt in. d. c. ceſſāte.

*Arbitriorū cauſa ceſſante, ceſſant arbitria.*

40 ¶ ARBITRIORVM extraordinariorū conceſſorū ob cauſam timoris aut periculi, ea cauſa ceſſante, ceſſant & eadē, vt nuncupatim voluit Bal. & poſt eum Saly. qui dicit no. in. l. 1. per eum tex. C. de nautic. fœno. Ideo, inquit, arbitrium conceſſum, quod illi bailiam vocant, tempore diſcordiæ, exerceri nō poterit tēpore pacis. & ſequitur Iaſon in. l. 1. col 13. ver. & circa hoc, ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.

¶ BANNI

B

41 ¶ BANNI cauſa ceſsãte, ceſſat bannum ipſũ, Bar. & Bal. in l. 1. §. vlt. ff. de requirẽ. reis, Bal. in l. 1. ad mediũ, verſi. extra opponitur. C. de poſtul. de quo vide quæ dicã infrà nu. 58. incip. alibi autem, & iterũ in. 12. limitat. nu. 3. inci. propterea dicit glo.

*Bãni cauſa ceſſante, ceſſat bãnum.*

42 ¶ BELLO ceſſante ceſſat omnis effectus ex ipſo bello ſecutus, vt poſt Odofred. voluit Bal. in. §. hoc quod nos, in verbo, caſsẽtur, titu. de pace. Cõſtan. per tex. ibi, & in. §. ſententiæ, vbi & hoc not. idẽ Bal. Et facit etiã tex. in. l. 1. in prin. C. de caduc. tollend. ex quo & ipſe Bal, col. 1. in. 2. not. dicit quòd tempore pacis debent tolli ſtatuta facta tempore belli ad locupletandũ fiſcum. & ſequitur Barb. con. 1. magnus ſcri pſit pſalmiſta, col. 3. ver. & ideo colligit, & iterũ col. pen. verſic. 26. adduco quòd tempore pacis, lib. 3. vbi plus videtur tenere, huiuſmodi ſtatuta hoc caſu ipſo iure eſſe reuocata, arg. ei⁹ quod habetur ĩ. l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. & c. penu. de cleric. nõ reſidẽt. Quãuis Bal. in. d. l. 1. de cadu. toll. ſẽtiat cõtrariũ, per tex. ibi, ex quo not legẽ etiam ratione eius abolita manere illæſam, donec tollatur noua cõſtitutione

*Bello ceſſante, ceſſat illius effectus*

*Statuta facta tempore belli, bello ceſſante, ceſſant.*

*Ad reſecãdas impoſitiones tẽpore belli impoſitas.*

Ideò

Ideóque fuiſſe neceſſarium legem Papiā illic corrigi.

43 ¶ Sed vtcunque ſit, de quo tamē poſtea dicemus in ceſſante ratione legis, ad hoc certè caput pertinet, quod tradit Hoſtien. in.c.dilecti, col.2. in verbo,& ſi, de for. cōpet. quòd priuilegium à ſede apoſtolica conceſſum Anglis, ne citra mare conueniri poſſint, de quo in eo tex. Quia ſcilicet non poterāt citra mare ſecurè morari vel venire propter inimicitias capitales & bella, quę illis cum Gallis erant: ea enim cauſa poſita erat in priuilegio. vt ipſe Hoſti. vidiſſe ſe dicit, quia tamen ea cauſa ceſſabat, cum pax eſſet inter reges, ceſſabat quoq; effectus illius priuilegij ob bella conceſsi. & ſequitur Aegid. Bellem. in. c. poſt tranſlationem, col. 2. verſicu. ſecùs de priuilegio, de renunciat. vbi plus dicit, quòd ſi etiam hodie eadem cauſa reuiuiſceret, non haberet locum illud priuilegiū ſemel extinctū ob cauſę ceſſationē, quod & dicit voluiſſe Hoſtien. vbi ſuprà, qui tamen id poſtremū nō dicit, ſed vide quod dicā in ſimili, infrà in priuilegij cauſa ceſſante, verſi. incip. nā glo. in c.

*De eadē re.*

*Priuilegiū Anglis conceſſū ob bella, bellis ceſſantibus ceſſat.*

44 ¶ Sed & huc quoque ſpectat quod apud Li-

Liuium lib.belli Macedonici.4.elegantiſ ſimè diſſeruit aduerſus Catonem Cenſorium L.Valerius Trib.Pleb.ad legis Oppię derogationem,quę lata fuerat in medio ardore belli Punici:qua cautum erat, ne qua mulier plus ſemiuncia auri haberet, nec veſtimento verſicolori vteretur. Nam inter non parum multa quę in eam legis abrogationem propoſuit,hoc quoq; carptim pronunciauit,legem latā per bellum temporibus duris,in pace,& florente ac beata republica abrogandā eſſe.Eam enim ſcripſiſſe latores tamdiu manſuram, quandiu cauſa ſcribendę legis manſiſſet. Nam vt quę in pace latę ſunt, plerunque bellum abrogat:ita quę in bello,pax. *De eadēre.*

45 ¶BENEFICII à iure conceſſi ceſſante cauſa,ceſſat beneficium.verbi gratia,parētes & patroni etiam adoptiui in ius ſine venia vocari non poſſunt, ſed tandiu tamē quamdiu durat adoptio.l.ſed ſi hac lege.§.liberos,verſi.parentes.ff.de in ius vocā.Ex qua Angel.& Iacob.à S. Geor. illud notāt quod diximus, videlicet beneficium cōceſſum ob certā cauſam finiri cauſa finita.& ſequitur Maria.Soci.iunior dū eos allegat,con.160. circa pręſentem conſulta- *Beneficii cauſa ceſſāte ceſſat beneficium.*

ſultationem col.pe.nu.78.lib.2.& bene fa cit.l.filio.§.mater,ff.de adimend. leg. ex qua no.Alex.con.19.circa primũ dubiũ, col.1.verſi.ſecũdò probatur, nam quando vnum,lib.6.quòd quando vnum beneficium datur contemplatione alterius, hoc ſublato tollitur & illud. Et vide infrà in Priuilegij cauſa ceſsãte, neque enim longè diſtat priuilegium à beneficio: vt videre licet ex no.in.l.vl.ff.de cõſt. princi.

46 ¶ BENEFICII alterius,id eſt ſacerdotij (quod& ipſum vulgus beneficium appel lat)ceſſante cauſa,ſcilicet officio,propter quod datur,ceſſare debet & ipſum beneficium,ſi credimus Petr.Anch.id ipſum di centi in.d.c.& ſi Chriſtus,in.13.no.de iureiurand.hinc occaſione ſumpta,quòd ibi dicitur.ceſſante cauſa ceſſare effectũ. Nã hinc aſſumit quod diximus, ſcilicet quòd clericus qui non dicit officium, nõ debet habere beneficiũ,quod propter illud datur per.c.vl.de reſcri.li.6.Et ad hoc quoq; bene facit quod ſcribit glo. in. §. illis, in verbo,adiuuantur, Inſtit. de milit. teſta. quòd ceſſante clerico ab eccleſia, ceſſat præbenda, de quo & tu vide Doc. ibi.

*Sacerdotij cauſa ceſsãte, ceſſat ſacerdotium.*

*Clericus qui non dicit officium, non debet habere beneficiũ.*

47 ¶ Sed & ſuper eo, an ſcilicet ceſſante offici-

ficio ceſſet beneficium, ita vt qui priua-
tur vel ſuſpenditur ab officio, cõſequẽter
priuetur vel ſuſpendatur à beneficio, vi-
de tex. in. c. ſi quis ſacerdotum, & ibi glo.
1. & iterũ in. c. eos. 81. di. & gl. in. c. latores,
in verbo, ab officio, & ibi Hoſti. Io. And.
Car. Flo. Pet. Anch. Anto. & Panor. de cle
ri. exco. mini. glo. in. d. c. vlt. in verbo, da-
tur, & ibi quoque alios, de reſcript. lib. 6.
& glo. ĩ. c. 1. in verbo, officij, & ibi Io. Mo-
na. & Archi. in eodem verbo. de re iudi.
lib. 6. & glo. in clem. cupiẽtes, in verbo, ſu-
ſpenſi, col. 2. ver. & quia ſuprà poſui, &
ibi Card. Flo. in verſi. quòd ſi, in. 3. quæſt.
de pœnis. glo. in. c. pręter hoc, in verbo, ab
eccleſia, & ibi Archid. ſuper glo. 1. & Do-
mi. latè, in princ. col. 3. verſi. ad ſecũdum,
32. diſt. Bal. in. c. 1. col. penul. verſi. & ſi re-
mouetur officium, tit. an mut. vel imper-
fect. Anto. in. c. inter ſollicitudines, col. 1.
in. 3. no. de purg. cano. Cardi. Flo. poſt Lau
rẽ. in cle. 1. §. ſi quis in. 9. quæſt. de reb. ec-
cle. non ali. Et vide etiam quod ſcribit Pa
nor. in. c. 1. col. penult. verſic. ſed hîc cadit,
de celebrat. miſſar.

*Suſpẽſus vel priuatus officio, an ſit ſuſpenſus vel priuatus beneficio.*

C

48 ¶ COMMISSIONIS cauſa ceſſante,

*Cõmiſsionis cauſa ceſſante, ceſſat commiſsio.* ceſſat commiſsio, Bald. in. l. 1. §. conſules, paulò ante fin. ibi, item nota ex prędictis. ff. de offic. Conſul. & ſic inquit eſt argum. quòd ſi iudex propter abſentiam notarij deputati in cauſa a lege vel à ſe cõmittat alteri ſcripturam actorum, eo reuertente ceſſat cõmiſsio: & primus ipſo iure reaſſumit officiũ, ad quod dicit facere. l. quęſitum, ff. de tutel. Vide quę dicã infrà de officij cauſa ceſſante. *Cõmiſsio ob alterius abſentiã ceſſat per præſentiam.*

49 *Cõmodi cauſa ceſſante, ceſsat commodum.* ¶COMMODI cauſa ceſſante, ceſſat & cõmodum, vt probat tex. in. l. eum qui iurauit, in princip. & ibi Bar. Alex. vterque in ſummar. & Iaſ. in. 1. no. & plerique omnes. ff. de iureiuran. ibi enim grauamen, ſcilicet onus probandi quod actori incumbebat, erat cauſa eius cõmodi, vt duplũ pro ſimplo deberetur, ratione inficiationis. Ideo ſi reus defert iuramẽtum actori qui iurat ſibi deberi, condemnabitur tantum in ſimplo, cùm liberauerit actorem eo onere probandi. Ceſſante igitur grauamine quod erat cauſa illius commodi, ceſſabit & ipſum commodum. *Iuramenti delatio facit vt ſimplum tantum debeatur.*

50 *Cõceſsionis cauſa ceſſante, ceſſat conceſsio.* ¶CONCESSIONIS cauſa ceſſante, ceſſat & ipſa conceſſio. c. relinqui, & ibi Panor. qui id expreſſè no. in. 3. no. extrà de cuſtod.

cuſtod.euchariſ.Matth.Afflic. in. c. 1. §. moribus,col.1.nu.3.ti.ſi de feud.fuer. controuerſ.inter do.& agna.

51 ¶CONFESSIONIS cauſa ceſſante, ceſſat eiuſdem effectus. verbi gratia, ſtatuto ſtāte quòd accuſatus de crimine, ſi paſſus ſit ſe poni in banno, habeatur pro confeſſo: quiſpiam accuſatus de crimine famoſo, paſſus eſt ſe poni in banno, deinde ex nouo ſtatuto cancellatus eſt de banno, quæſitū fuit an hic tanquā infamis repellatur à teſtimonio. quæ quæſtio diſputata fuit à Iacob. Butriga. & relata à Baldo. in. l. cùm mulier,col.2.verſi.quæro igitur circa præmiſſa.ff.ſolu.matrimo. Et ex ea tres quæſtiones collegerunt: primam, an bannum ex cauſa famoſa tranſiens in vim ſententiæ infamet. Secūdā, an ficta confeſſio infamet. Tertiā, an per cācellationē bāni tollatur infamia. Et de hac tertia tātū loquor, vt quę ſola ad hūc noſtrū tractatū ꝑtineat. *Confeſſionis cauſa ceſſante, ceſſat & effectus.*

52 ¶Et quod huiuſmodi infamia ſit ſublata his rationibus probauerunt. ſicut ſe habet cauſa ad effectū in productione, ſic & deſtructio cauſæ, ad deſtructionē effectus, quia eſt par potentia contrariorū. l. ab emptione. ff. de pac. & l. vl. ff. de leg. 3. ſed bā- *Infamia ob bānū iniuſta an ceſſante banno tollatur.* *Cōtrariorū par potētia.*

num ſe habet ad infamiam in producendo, ergo abolitio banni ſe habet ad infamiam in tollendo eam. nam origine ſublata non debeant ſequentia remanere, l. 1. in prin. ff. de lat. liber. tollen. Item bannũ eſt cauſa finalis confeſsionis & infamiæ, ergo eo ſublato, & ſic ſublata cauſa finali, tollitur effectus. Hæc illi.

*Origine ſublata, tollũtur ſequentia.*

53 ¶ CONSTITVTIONIS ceſsãte cauſa vel ratione, nã vtrãque hîc noſtri copulant, ſiue veriùs cõfundũt, ceſſat & ipſa cõſtitutio. c. neophytus, & ibi gl. in verbo, cauſa, 61. diſtinctio. & c. quod pro remedio, & ibi glo. in verbo, ceſſante, 1. quęſti. 7. Sed tamẽ cõtrariũ videtur, vt ſcilicet ea non ceſſet, niſi aliter reuocetur per cap. licet ex quadã, de teſtibus, & c. deteſtanda, & ibi Domini. in ſecundo no. de conceſsio. prębend. lib. 6. & not. in. l. 1. in princip. C. de caduc. tollend. Philipp. autẽ Franc. in. d. c. deteſtanda, in. 1. not. dicit, quòd ſi cauſa omnino ceſſet, non ceſſat cõſtitutio, niſi vt diximus reuocetur. Si partim ceſſet, certè pro ea parte ceſſabit & conſtitutio, per. l. adigere, §. quãuis. ff. de iure patrona. & no. in. c. cùm ceſsãte, de appellatio. Sed tu hîc omnino vide quę dicam infrà, de ceſſante ratio-

*Conſtitutionis cauſa ceſſante, ceſſat conſtitutio.*

ratione legis,nam id eodem recidit.

54 ¶ CONSTITVTI cauſa ceſſante(de eo lo quor,quo quis ſe conſtituit poſſidere nomine alterius)ceſſat ipſum conſtitutū , vt probatur ex.l.ſi debitor,& ibi Bar. & alijs,ff.de precar. & latiſsimè diximus in noſtro tractatu de iure Conſtit.poſſeſſor. par.3,limitat.29.vbi videre poteris, an & quomodo id verum ſit,neque enim hîc repetere aliter ducimus. *Conſtituti cauſa ceſſante, ceſſat conſtitutum.*

55 ¶ CONSVETVDINIS cauſa ceſſante, ceſſat & ipſa conſuetudo,vt expreſsè voluit Bal.in rubr. extrà de conſuetud. col. vlt.per iura loquentia de conſtitutione, vt intelligas id dependere ex eo,an ceſsāte cauſa conſtitutionis vel legis,ceſſet cōſtitutio vel lex,de quo diximus in penulti.articu.& dicemus latiùs infrà in ceſſatione cauſæ legis. Quamuis ſit quędā ratio,vt faciliùs ceſſet conſuetudo, quę tacita eſt cōſtitutio vel lex:quàm lex ipſa aut conſtitutio expreſſa,cùm tacitum faciliùs reuocetur quàm expreſſum. *Conſuetudinis cauſa ceſſante, ceſſat conſuetudo.*

56 ¶ CONTRACTVS cauſa ceſſante,ceſſat idē contractus,l.1.& ibi gloſſ vlt. Cyn.in. 1.not.Bal.in princip. C. de condictio. ob cauſ. Idq; etiam in contractu nominato, *Contractus cauſa ceſſante,ceſſat contractus.*

 per *Etiā inno-*

*minatus.* per tex.not.in.l.cum te. C. de pact. inter empto.& vendit.quem ad id expendit,& dicit ſingul. Alex.id intelligens de cauſa finali,in.l.dedi,quæſt.vlt. colu. 7. verſicu.aliam etiam aſſignat.ff.de cōdictio. ob cauſ.vide tamen infrà in. 36. limitatione.

57 *Cōtumacia ceſſante, ceſſat effectus illius.* ¶ CONTVMACIA ceſſante, ceſſat effectus illius,ſcilicet pœna quæ ob eam irrogatur.l.1.§.ſi frater,verſic.& ſi quidem per cōtumaciam.ff.de collat.bonor.in fi.&. c. ex literis,de conſtitut.vbi eſt tex.expreſſus,quòd is qui propter contumaciam cō munione priuatur, eiuſdem reſtitutionē obtinet,cōgrua ſatisfactione exhibita.quē tex.valde notab.dicit Bald.in.c. vlt. col.1. titu.per quos fiat inueſtit.vbi & illud dicit, Quod contumacia abſtulit, reſtituit obedientia.

58 *Cōtumacia ceſſante ceſſat eius pœna.* ¶ Et authoritate illorum duorum text. ſcribit idem Bald.in.l.puto.§.ſi quis aduocationem, & iterum in.l. quos prohibet. ff.de poſtulan.rurſúmq; in.1.in addi.paulò ante fi.ff.de off.eiuscui mand.eſt iuriſdic.quòd ceſſante contumacia ceſſat eius pœna,quod & ipſum per text. in. d. c. ex literis tradit Bart.in.l. ſi quis adulterium, §.1.ff.de adulter.

Alibi

59 Alibi autem ipſe Bald.per duos illos tex.in.l.1.circa medium, ibi, extrà opponitur. C. de poſtul. quòd ſententia lata ex contumacia eſt eius naturæ, vt tādiu ſolū duret, quādiu durat cōtumacia. Et ideo, inquit, bannū, quod fertur ex cōtumacia, bannito cōparēte legitimo tēpore, reducitur ad ſimplicē citationē, nec hic amplius dicitur eſſe bannitus, quod eſt, vt ipſe dicit, notabile. Et idē fermè voluit ipſe Bal. & ante eum Barto.in.l.1.§.vl. ff. de requi. reis. & Paul. Ca.con.31. ſuper primo quęſito, vt eū allegāt Feli. & Philip. Dec. qui id ſequūtur in.d.c.ex literis: ille, col.9.ver. ſecūda declaratio: hic col.4.ver. quarta declaratio, ſed illud cōſiliū repiri nō potui.

*Sententia ob cōtumaciā lata tandiu durat quādiu cōtumacia durat.*

*Bannū ob cōtumaciā bānito comparente reducitur in ſimplicem citationem.*

60 Sed & per illū tex.in.d.c.ex literis ſcribit Inno.in.c.ſicut, in verbo, ſatisfactionē congruā, ibi, & idem ſi pro cōtumacia, de cohab. clerico. & mulierū, quòd clericus ſuſpenſus pro contumacia, cùm primùm obediuerit, primū ſtatū recuperat. Et Dominic.in cap.contumaces, colu. 2. verſi. conclude quòd aut clericus. 50. diſtinct. quòd clerici depoſitio pro cōtumacia, videtur eſſe impoſita, vt duret ad limitationem ipſius cauſę, propter quā imponitur:

*Clericus ſuſpēſus ob cōtumaciam cōparando recuperat primū ſtatū*

ceſſante ergo cõtumacia debet ceſſare, per d.c.literis. Quod & ipſum bene probat.c. 1.extrà de ſupplen.negligẽ. prę̨la. ex quo no. Anto. & Panor. vtrique in vlti. not. quòd ceſſante contumacia ceſſat diſpoſitum ob contumaciam, & ſic, inquiunt, ad limites contumacię menſuratur pœna illius, & allegant etiam.d.c.ex literis. Et idẽ propemodum dicit ipſe Anto.in.c.ab excommunicato, col.5.verſi.venio ad ſecundum membrum, de reſcript.per.d.cap. ex literis. & Iaſon, in.l.1.col.13. verſi. vltimò no.ff.de offi.eius cui mãd.eſt iuriſdic. per illos duos tex.ſuprà in princ.allegatos.

*Cõtumaciæ pœna mẽſuratur ad limites illius.*

61 ¶ Et hęc quidem procedũt etiam ſi in impoſitione pœnę ob cõtumaciam poneretur dictio perpetuò, quia id intelligeretur quãdiu contumax maneret in cõtumacia, per glo.in.c.clericos, in verbo, perpetuã, de cohabitatio, clericor. & mulier. quę interpretatur, perpetuã, id eſt, donec reſipiſcant. & glo.in.c.actus legitimi, poſt principi.de reg.iur.lib.6.per.d. c. ex literis, & alia glo.in.c.reperiuntur, in glo.vlt. 1. q.1. quę & ipſa exponit id verbũ, ꝑpetuò, ſcilicet quouſq; emẽdet, per.d.c.ex literis, & in.c.de viduis & puellis, in glo. quoq; vl.

*Hæcq́; etiã ſi in impoſitione pœnæ poneretur dictio perpetuò.*

quę

quę ſimilē expoſitionē dat dictæ dictioni, per illū eūdē tex.& Arc.in.c.quia ſacerdotes,in fi.10.q.1.vbi ſimiliter interpretatur ea verba in excōmunicationē ꝑpetuā. Do.poſt Io.Frā.in.c.quāuis,in fi.depœn. li.6.Fel.& Phi.Dec. in d.c.ex literis,: ille col.10.verſi.amplia.1. hic col.4.vbi ſuprà.

62 ¶ Procedunt item quę diximus,etiam ſi pœna fuerit ſimpliciter appoſita ſine declaratione,an eſſet propter contumaciam quæ interuenit, an propter delictū ſuper quo contumacia facta eſt.tamen in dubio cenſetur fuiſſe irrogata ob contumaciā,& non ob delictū, ita vt ea ceſſante ceſſet & pœna,vt voluiſſe videtur Imo.poſt Gof. in.d.c.ex literis,col.pe.verſic. vbi autē ſit dubiū,per no.in.c.in pœnis,de reg.iu. li. 6.& in.l.ſi præſes,ff.de pœnis.& idem voluit Panor.in eoipſo.c.ex literis, col.vlt. *Quid ſi pœna ſimpliciter imponatur.*

63 ¶ Quæ ſententia ex eo cōfirmatur,quod in ſimili dicitur, abſentem cōdemnatum, magis videri condemnatum ob contumaciam,quàm propter malā cauſam,per.l. ſi ideo. ff.de euictio.ex qua Bart.not. quòd bannitus & condemnatus de falſo, videtur condemnatus magis ob cōtumaciam, quàm quòd falſum commiſerit : ideo po- *Abſens magis cenſetur eſſe condēnatus ob cōtumaciā, quā ob malam cauſam.*

teſt inſtrumenta conficere. & idem Bart: in.l. Papinianus,§.meminiſſe,in 3:no.per eũ text.ff.de in oficio. teſta.& in.l. ſi ſuperatus, circa medium.ff.de pignoribus: Bal.in.l.2.col.2.verſic.quęro ſecundũ, ibi, ſecundum eſt neceſſarium, & ibi etiã Salyc.in.l.1.oppoſitio.C.quib.res iudic.non noc.Panormit.in.c.in cauſis,col. vlt. ver: ſed ego vltra alios, de ſenten. & re iudic. Roma.con.329.præſens conſultatio.col.3: verſic.eſt enim iuris regula,per multa ibi allegata.Feli.qui & alios quoque allegat, in.d.c.ex literis, col.10.verſic.pro quo facit optimè,& ibi quoque Deci.col.5.verſic.ſaluando dict a.

64 ¶ Et bene facit quod traditur in.l. hæ enim.ff.de ſuſpe.tutor. quòd ſi quis remotus ſit tutela,nec apparet an ſit ob dolũ,& ſic ex cauſa famoſa:an ob culpã,& ſic non famoſa, cenſetur ob hanc potiùs eſſe remotus,vt ſit integrę famę,& ſic intelligũt eum tex.glo.ibi in verbo,& verum eſt,in fi.& Bart. & cæteri.& voluit etiam Fran. Cremen. ſingul.37.pone quod ſententia, vbi in hoc dicit ſingularem illam glo.

*Remot⁹ à tutela ĩ dubio cenſetur potius ob culpam, quàm ob dolum.*

65 ¶ Nam & ſemper aliâs ſi non apparet ex qua cauſa iudicatũ ſit,in dubio præſumitur

*Condẽnatus*

tur ex ea quæ minus lædit cōdemnatum, vt voluit Imola.in l. ſi is ad quē, in fin. ff. de acquirend.hæred. per textum & gl.in d.l.hæ etiā.ff.de ſuſpect.tutor.&.l. ſi quis ad exhibendum.ff. de except. rei iudica. &.c.ſi fortè, de electio.lib. 6. quòd & id ipſum voluit Roma. in eadē.l.ſi is ad quē, col.3.verſic.ex qua cauſa.

*in dubio q̄s cenſetur ex cauſa quæ minus lædit.*

cidere.ff.de verbor.oblig. & in.l.1. col. 3. verſi.vnum tamen not.ff.ſol.matrim. vbi & illā glo.dicit ſing. Paris à Puteo in tractatu Syndicatus,in verbo,contra officiales,& in verbo,qui ſemel oſtenſa.Fely.in. c.1.col.6.verſi.non ſic ecōtrario.& ibi Decius in priori lectura,id intelligens in ratione ſiue cauſa finali,in.4.colu.verſi.tertia concluſio,& ibi Auguſti.Bero.col. 18. nu.86.de conſtit.& ipſe Fely.in.c.vlt. col. vlt.de reſcript.& in.c.quanto,col.vlt.ver. limita tamen vt non fiat,de iudic.& in. c. tua nos,col.2.verſi. ſimiliter videmus, de iureiurā.& Iaſon in.d.l.quod dictum,col. 1.ff.de pact.& in.l.ſi quis filium,col. pen. verſi.cogita tamen,C. de inofficio. teſta. & in.l.poſthumæ,col.5.verſi. & pro iſta ſententia,C.de bonor.poſſeſ.contra tabu. Franciſc.Curt.iunior conſi.12.videtur prima conſideratione,col.3.num.10.Auguſt. Bero.in.c.quæ in eccleſiarū,char. vlt. nu. 189.de conſtitutionibus.

130 ¶ Et hæc eſt communis opi.& verior, li- *De eadē re.* cèt contrarium tenere videatur Io. And. in.d.c.poſt tranſlationem.& Iacob.Butri. in.d.l.2.C.de cōdic.ob cau.per gl.in.l. qui in poteſtate,ff.de teſt.& in.l.tā is,§.1.ff.de

F donati.

donati.cauſ.mort.& in.l.meminimus. C. de legit.hæredi.& Bal.in.l.1.col.1.verſi.no. quòd lex remanet per eum tex. C. de caduc.tollend.& in tracta.ſubſtitutionis pupillaris,col.3.verſi.quæro vltra alios, vbi & ad hoc allegat gl.in.l.ſi ſuſpecto,§.quoniam fœmina, ff.de inoffic.teſtam.Et voluit quoque Fran.Aret.in.d.l.2.col.5. ver. tu autem aduerte,ff.de vulg.& pupill.ſubſti.& Philip.Dec.in.d.l.poſthumo, col.5. verſi.rationes iſtæ efficaces, C. de bono. poſſeſ.contra tab.vt nihil omnino ſit in iure noſtro non controuerſum, vt aliâs ſæpius à nobis dictum eſt.Sed illis glo. ſatis reſpondent ij qui ſunt prioris ſententiæ, præſertim Rom.in.d.l.2.§.vlt.ff.de donat.

131 ¶ Nec nobis deeſt in priorem illam ſententiam legum authoritas, nam ad hoc citatur tex.in.l.generali,iuncta authen. ingreſsi, quæ illam confeſtim ſequitur, C. de ſacroſanct. eccle.nam per.d.l.generali, permittebatur monachis teſtari, quia bona per ingreſſum non transferebantur in monaſterium:ſed cùm poſtea ea ratio correcta fuerit,nēpe cùm bona ingreſſi trāſferantur in monaſteri, corū recta quoque fuit lex dans facultatē teſtandi,per. d. authen.

*De eadē re.*

then.ingreſſi,vbi id no. Salyc. vt iam ſuprà diximus. Et citatur quoque. l. placet, C,eo,titu.iuncta.l.1.C.de indictio. lib. 10. nam per eam.l.priorem,qui excuſabantur ab extraordinarijs muneribus,excuſabãtur ab indicto,quia id erat extraordinariũ ſed cùm poſtea factum fuit ordinariũ,per d.l.1.& ſic correcta fuit illa prioris legis ratio,& ea quoque in hoc correcta fuit, per. d.l.1.Et.l.1 in princip.ff.de colla.bonor. & l.ea demum,& l.ſi emancipati. C. de collatio.iuncta.l.vlt C.eo.tit.nam primis illis legibus,emancipati omnia ſuis conferebant,propter iniuriam,quam eis faciebãt: ſed cùm poſtea emancipati fuerunt à iure ciuili cogniti,ſolùm profectitia ſuis conferunt,quia iniuriari ſuis non dicuntur, per.d.l.vlt.Ita enim ea iura declarat Saly. in.d.authen.ingreſſi.Et citatur item.c: miramur.cum glo.de ſeruis non ordinan.iũcto c.à multis,de ætat.& qualit. Ex quib. patet quòd cõſtitutio loquens de ſubdiaconatu tanquam de ordine nõ ſacro, quia tunc etiam non ſacer ordo erat, correcta cenſetur ea etiam ratione correcta, quia is ordo nouis conſtitutionibus ſacer factus fuit.

132 ¶ De quo tamen vide Franci. Aret. in d.
*De eadē re.* l.2.col.5.vbi ſuprà,ff.de vulg.& pupi.ſub
ſtit.vbi docet hæc poſtrema iura nihil ad
id facere ad quod citātur. Niſi intelligas,
quando lex ſpecialiter diſponeret ſuper
vno,ita vt certum eſſet verba complecti
perſonā vel caſum,in quo ratio legis cor-
rigitur,& tunc poteſt habere locū tex.in.
d.c.à multis,qui videtur velle quòd requi
ratur contraria conſtitutio reuocans prio
rem.& hoc inquit,fortaſſe verius eſt,& vi
detur probari in.d.l.1.in prin.vbi id not.
Bal.C. de caduc. tollen. & facit optimè
quòd not.glo.in.l.liberos,in.§.1.ff.de capi.
diminu.Sed & id(vt ille ſubdit) intelligē
dum,vt ſcilicet correcta ratione legis in-
telligatur lex correcta,quando legis ratio
corrigeretur generaliter:ſecus ſi in vno ca
ſu tantum ex multis quos lex complecti-
tur,deficeret ſiue corrigeretur ratio. per
not.à Bar.in.l.cū hi,§.cā autē,ff.de trāſact.
& optimū tex.in.l.1.in fi.ff.de minorib.

133 ¶ Horum autem omnium quæ in princ.
*Ratio legis* huius.c.diximus,in promptu ratio eſt, nā
*eſt mens i-* legis ratio eſt mens legis, vt voluit Dyn.
*pſius.* in.c.vlt.ad fi.de regul.iur.lib.6.& Cyn.in
l.non dubium,col.vlt.verſi.primò quæro,
&

& ibi clariùs Bar.col.2.verſi. ſecũdum dubium eſt,& Bal.col.3.verſi.ſequitur videre de tertio,ibi,ſecundò quando ratio, C. de legib.Bart.in.l.cùm mulier,in princip. & ibi quoque Bal.Imo.Raph.Co. Paulu. Caſtr.ad fi.Alex.col.1.in.5.no.omnes per eum tex.ff.ſol.matrimo.Bal.in.l.1.col.pen. verſi.item an ceſſatio.ff.eod.tit.vbi de hoc dicit eſſe meliorem tex. totius iuris in.l. ſcire oportet,§.aliud autem,verſi.ſed & ſi maximè,ibi,mens legiſlatoris,ff.de excuſat.tuto.vbi & hoc ex eo tex.not ipſe Bal. & rurſum idẽ Bal.in.l.1. col.vlt. in princ. ff.ſi cert.pet.vbi dicit, quòd ratio eſt mẽs & medulla ipſius ſtatuti,& in.l.2.in fi: & ibi Imo.col.2.verſi.nec obſtat,quòd remanet,ff.de dona.& in.l.maximũ vitium,co. 3.verſi.præterea iſtud ſtatutũ,C. de liber. præterit.& in.l.1.col.2.verſi.pone aliũ caſum,C.de interdict.& in.l.1.col.2. verſic. ex quibus concludo,C.quę ſit longa conſuetu.& in.c.poſt tranſlationẽ, col.2. verſi.quæro vtrùm ceſſante, de renunciat. & con.2.verba ſtatuti,lib.1.vbi dicit tria hęc vnum & idem operari,ſcilicet verbum,rationem,& mentem.& con. 199. in cauſa iſta,circa medium lib.3.& con.433.domi- *Et medulla ipſius.*

na Ioanna,col.2.verſicu.eſt vltimò conſiderandum,co.lib.3.& inter con.Ange.cõ. 281.Martinus Io.de Florentia,colum.1. & ipſe Angel.con.211.in volumine ſtatutorum,col.2.verſi.nec obſtat huic deciſioni. & Feder.Senen. con. 4.teſtator in vltima voluntate,circa medium.Pet.Anc. in repe.c.1.char.14.in paruis,verſic.circa tertiũ caſum,de conſuetud.Card.Floren.in hoc confundens cauſam & rationem, in. c. ſi quando,ad fi.de reſcript.vbi dicit mentẽ legis & rationem idem eſſe,ideóque rationem ſeu cauſam legis eſſe ipſam legem.& Raph.Fulgo.con. 8.ſuppoſito ſtatuto tenoris,col.2.ver.igitur & in nepote.Corn. con.193.placet,in prin.lib.1.& con. 29. in præſenti conſultatione,col. 2. verſicu. & pro certo videtur,lib.3.& conſ.90. ſcrupuloſa videtur,poſt princip.eod.lib.3.

134 *Ratio eſt anima legis.* ¶ Et ratio ſeu mens legis eſt ſicut anima, & verbum ſicut corpus ſiue ſuperficies, vt ſcribit Bald.in.l.ſi quis ſeruo, col. vlti. verſic.ex his apparet,C.de furt. & vt tradit idem Bald.in.l.vlt.in.15.quęſtio. C.de hæred.inſtituẽd.ratio eſt anima ipſius ſcripturę.& in authen.poſt fratres,la.2. verſi. itẽ frater,C. de legit. hæred. ꝙ ratio legis

debet

debet attendi, tanquā virtus intrinſeca legis, & tanquā genus prædicans de ſuis ſingulis ſpeciebus, vt not. in. §. 1. Inſti. de leg. patro. tut. & in. c. 1. §. & quia vidimus, col. antepen. ver. extrà quæritur, tit. qui feud. da. poſ. dicit quòd eſsētia legis vel ſtatuti cōſiſtit in mēte ſtatuētiū. & in. c. dilectus, le. 1. col. 1. ver. itē nota quòd appellatione, de reſcrip. quòd ſicut ſententia vel ſtatutū inducit diſpoſitionē, ita ratio ſtatuti, l. emptor, §. vlt. ff. de rei vendicat. quia ratio (inquit) ius facit. & con. 275. quod pro regula, col. 3. ver. ſi autem ratio, li. 2. quòd ratio legis ſiue conſuetudinis ſeruari debet tanquam anima & ſpiritus eius. Panor. in. c. nihil, col. 5. nec obſtat ſi dicatur, de ele. quòd ſic ſe habet ratio legis ad verba legis, ſicut anima ad corpus: vnde ſicut anima dominatur corpori, ita ratio verbis. quod & idē ipſe dicit, conſi. 1. facti contingentia talis eſt, quidā A. contraxit, col. 3. ver. vltimò adduco pulchrū, lib. 1. & cōſi. 95. quidā deceſsit, col. 4. ver. & ex his coniecturis. eo. li. 1. Roma. in l. 2. §. vlti. & ver. nō obſtat quod dicit, ff. de donatio. & Maria. Soc. Senior conſil. 30. quamuis ex his. col. 3. verſic. quare cum præfatum, lib. 1. &

*Eſſentia legis in mēte.*

*Ratio inducit diſpoſitionem.*

*Ratio ius facit.*

*Ratio verbis dominatur.*

conſi.35. circa prædictam cōſultationem, col.2.verſic. & quamuis hæc ratio, eod.li. 1.& Bartol.Soci.eius filius conſi. 241. circa primam difficultatem,col.12.ver. præterea & tertiò,lib. 2. vbi dicit quòd ſpiritus & anima ſtatuti,eſt ratio illius, Alc. conſil.52.circa hanc dubitationem, col.3. verſic. præterea faciat, lib.3. & Franciſc. Curt.Senior,con.9.Ticinēſi ſtatuto, col. 9.verſi.quia verba ſtatutorum . vbi dicit, quòd ratio ſtatuti eſt anima ipſius. & cōſ. 45.ſtatuto & conſuetudine, col.6.verſic. quia mēs, vbi & illud quoque dicit,quòd mens & ratio eſt ſicut anima, & verba ſicut corpus & ſuperficies. & Felyn. in. c. tua nos.col.2.

135 *Ratio legis eſt ipſa lex.*

¶ Suntque multi qui dicunt mentem & rationem legis eſſe legem ipſam, vt non obſcurè voluit glo.in.l.2.in verbo, rationem vel legem,paulò poſt princip.C.quę ſit longa conſuetu. Bald.conſi.467. de iure communi,in fi.lib.2.per no.in.l.cùm ta le. §. penult. ff. de condit. & demonſtrat. Angel.in.l.prætor ait,§.1.verſic.conclude ergo,vbi dicit mentem & rationem legis ab ipſa lege nō differre,per. l. credēdum, in prin.ff. qui pet.tut. Panor.in. c. vl.col. 3.verſi.

3.verſic.nec ex hoc dicas,de reſcrip. & in c.2.col.penul. verſic. item mens, de præbend.& in.c.1.col.4. verſic. quid autem ſi lata, de re iudica. & in. c. quia plerique, col.penul.verſi.ego latiùs, de immunitat. eccleſiar.& con.75.quidam deceſsit,col.4 verſic.ex his coniecturis,lib.1.Corne.conſi.15.ex quo dictus Franciſ.col.3.verſic.& ratio legis,lib.1.& conſil.108.placet mihi, col.2.verſi.& ſic ex prædictis.Phili. Dec. conſi.64.cuius ſupraſcriptio incipit, præſupponitur tempore,col.penul.verſi.confirmatur prædicta concluſio, vbi etiam multa ex ſuperioribus tradit. & Docto. vbique. vt tamen non omittamus quod dicit gloſ.in §. gibboſus, in verbo, faciem, 49.dinſtin.rationem eſſe cordis faciem. *Ratio cordis facies.*

136 ¶ Hincque plerique illud aſſumunt, id quod venit ex mente & ratione legis, ex ipſa lege & nõ ex extenſione venire, ita vt ex ea competat directa actio, per.l.nominis & rei, §. verbum ex legibus, ff.de verbo.ſignific.&.l.1. ff. vti poſsidet,& ibi Cy.de quo per Bar.in.l.3.in prin.ff.de legit.tuto,& in.l.curator,col.1.ver.alio modo,& ibi quoque alios,maximè Alex.qui *Quod ex mẽte & ratione eſt, nõ ex extẽſione eſt. Exmẽte cõpetit directa.*

multos

multos alios citat, C. de neg. geſt. Raph. Fulg. Corn. & Phi. Dec. in. l. bonorum. C. de bono. poſſeſ. ſecund. ta.

137 ¶ Nam vbi eſt omnimoda ratio, ibi non dicitur nec eſt extenſio aut ampliatio, Vt voluit gl. no. in. c. 1. in verbo, Italię, de tem porib. ordinatio. Etiamque, vt ea dicit, in pœnalibus, per. c. ſi poſtquã, de electiõ. co. lib. 6. vbi conſtitutio, cupientes, eiuſdem tit. licèt ſit pœnalis, declaratur habere locum in prouiſionibus, appellationibus, & cõfirmationibus, de quibus ibi cau tũ non erat. & allegat etiam. l. ſi poſtulauerit, §. idem, ff. ad leg. Iul. de adulter. & l. quædã, §. nummularios, ff. de edẽ. Et idem propemodum voluerunt Pet. & Cy. in. l. iura non in ſingulas, ff. de leg. dum dicunt quòd cùm in pluribus caſibus eſt eadem ratio, ea decidit omnes iſtos caſus, nõ quidem per extẽſionem, ſed ſicut genus com prehendit omnes ſuas ſpecies, ſic & gene ralis ratio diuerſas ſpecies caſuum. Cùm autem rationes ſunt ſpecie differentes, tamen ſimiles, tunc eſt extenſio, id eſt progreſsio de termino ad terminũ ꝑ adęquationem. & ijdem Pet. & Cy. in. l. quòd verò contra rationem, & ibi quoq; Bald. in

*Extenſio nõ eſt, vbi eſt omnimoda ratio.*

*Etiã in pœnalibus.*

*Ratio vt genus compre hẽdit diuerſas ſpecies.*

priore

priore lectura,col.1.verſic.item veriſimile eſt,eod. titu. idem bald. in auth. poſt fratres. la. 2.verſi. item frater. C. de legi.hæred. Pet. Ancha.cõ.112.ſuperſtite domina, col.1. Panor.in.d.c.nulli,vbi ſuprà,de electio. Paul. Caſt. con.83.præſens caſus.col. 2.verſi.conſtat autem quod quando,lib. 2. vbi id pulchrè declarat,cum aliis multis à me collectis in repe.l.ſi vnquam,in verbo libertis,num. 35. quorum ſententia. C. de reuocan.donationibus.

138 ¶ Quæ cùm ita ſe habeant,ideo ratio ſiue cauſa in legibus,ſtatutis, cõſuetudinibus, &aliis quibuſuis diſpoſitionibus maximè & in primis attendēda eſt et ſeruāda,vt dicit Bart.in.l.contra legē, poſt medium. ff. de legib. authoritate Iacob. Aret.& Cy.in l quicunque,C.de ſeruis fugit.& ſequitur Iaſon in.l.de quibus,col.1.ver. alii intelligũt,ff.eod.tit.de legib.& ante illos ſcripſerat glo.in.d.l.2.in verbo, rationē aut legē, C.quæ ſit longa conſuetu.non minùs attēdi mentem ſiue rationē legis quàm legem ipſam,per eum text.&.l.præcedentem, & omnes vbiq;.ſed quod præ cæteris tibi annotandũ eſt hoc in loco, id eſt quod diximus de ratione ſtatuti & conſuetudinis. *Ratio inprimis inſpiciēda eſt.*

Proptereàque

139 ¶ Propter eáque diſpoſitio quantuncunque generalis per rationem reſtringitur, et è diuerſo ſpecialis per generalem ampliatur. Primum probatur ex tex. in l. cùm pater. §. dulciſsimis, & ibi Bart. Bal. Alberi. & Paul. Caſt. ff. de leg. 2. & l. pater. §. fundum, & ibi Bart. ff. de leg. 3. & l. adigere, §. quamuis. ff. de iure patrona. & l. ex facto, in 1. reſponſo. ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut. vbi & id in priuilegiis procedere probatur. & l. quod dictum, ff. de pact. ex qua Ange. ibi poſt princip. no. limitatã legis rationẽ limitare ipſam legem, & l. ſi is qui animo, & ibi glo. in verbo, amittere, Dyn. Alb. Ange. Paul. Caſt. & Claud. Sciſel. ff. de acquir. poſſeſsio. & l. cancellauerat, & ibi Bart. ff. de his quæ in teſta. delen. & l. ita autem, in princ. & ibi etiam Bart. ff. de administra. tuto. & l. hæc actio, ſecundum vnã lecturã, ff. de calumn. & l. non omniũ C. de ſuſpect. tuto. & c. ſuggeſtum, & ibi Panorm. in 2. nota. Philip. Franc. & Philip. Deci. in 1. nota. de appellationibus.

*Ratio diſtringit diſpoſitionem.*

*Etiã in priuilegiis.*

*Ratio limitata legem limitat.*

140 ¶ Et id item voluerũt glo. in l. 1. §. hoc interdictum eandem, ff. de fonte, Barto. in l. adigere. §. quamuis, ff. de iure patrona. Bal. in l. de quibus, col. 10 verſic. ad ſecundum,

*De eadẽ re.*

ff. de

ff.de legib.& in.l.ſi quis ſeruo,col.vl.ver. ex his apparet, C.de furt. & in.l.data, col. 9.ver.item not.quòd ratio, C.qui accuſ.nõ poſſunt,& inter con. Ange.con.281.Martinus Io.de Florentia,col.1. & ipſe Ange. con.221.in volumine,ver.nec ob. huic decisioni,& conſi.346. Titius, vt hæres,vbi id dicit procedere in diſpoſitione legali, testamentaria,& inter viuos,per multa ex iuribus ſuprà allegatis,Saly.in.l.2. colu.2. ver.ideo & merito,C. de noxal. actionib. Pet.Ancha.qui & hoc dicit procedere nõ ſolùm in legibus,ſed & in cõtractibus,vltimis voluntatibus,& iudiciis, conſi.254. ſuper primo quæſito.Raph.Fulgoſ.conſi. 99.magiſter,colu.vlt.vbi dicit, quòd ratio regit, id eſt, reſtringit & ampliat diſpoſitionem.& conſi.186. pro determinatione, col.3.ver. ſecundò quoniam ipſa domina. Raph.Co.conſ.2.proponitur ꝙ Ser.Blancus,col.1.in fi.& con.143.Titius & Seius, Ro.conſi.16. viſo themate conſultationis, colu.2.verſi.item & quia ex dicta ratione. Paul.Caſt.con.438.quantùm ad primum, col.2.ver.nõ obſtat quòd ſtatutũ, lib.2.Panor.in.d.c.vlt. col.3. vbi ſuprà,de reſcrip. & in.c.ſecundò requiris, col.1.in.1. no. de appellat.

*Et procedit in omnibus diſpoſitionibus.*

appel.& in.d.c.1.col.3.ver.& quia pleriq; à lege,ibi,ego latiùs,de immunit.eccleſ.& in.c.de vxore,col.2.ver.ſed quæro quid in abbate,de ſepultur.& cōſi.93.ſtatuto ciuitatis Groſſetanæ,col.3.ver.nam ad rationē legis, lib.1.& conſi.3.nitar in præſenti cauſa,in.23.quæſt.lib.2.& con.58.quidam Nicolaus,col.3.ver. ſecundò hoc videtur,co. lib.2. Alex.con.75.videtur in præſenti cōſultatione,col.3.ver.ſed hæc diſpoſitio, li. 5.Frā.Are.conſi.160. verū eſt quòd Comicus,col.3.verſi.moueor primò.Soci.conſi. 165.viſis inueſtituris,col.3.ver.ſecūdò probatur,lib.2. Fely.in.c.tua nos,col.2.ver.in tex.ibi,res,de iureiur.Fran. Curt.Senior, qui hāc dicit eſſe regulā infallibilē,con.9. Ticinenſi ſtatuto,col.pen.verſi.concludo igitur fratrē.& latiùs conſi.81.rectè præfatus,col.2.ver.ſed præmiſsis, & multis ſeq. Alter Fran.Curt.iunior,conſi. 12. videtur prima conſideratione,col.3. num.10.

141 ¶ Et ideo ex facto reſpondit Angel.con. 189.viſa quictatione, reuocatur in dubiū, quod quantumcunque verba liberationis ſint generalia, prægnantia & pleniſsima, ſi tamen cauſa ipſius non poteſt ex proprietate ſermonis adoptari ad aliquā ſpeciem

ciem debiti, illam nõ comprehẽdit. Vnde illud infert, quod ſi creditor generali ſermone dicit ſe ideo liberare debitorẽ, quia eſt ſibi ſatiſfactũ vel ſolutũ, cùm iſta cauſa nõ poſsit conuenire obligationi cõditionali, non illã conprehẽdit. quod dictum pro no. refert & ſequitur Fran. Are. d. con. 160. vbi ſuprà. & Philip. Dec. con. 379. requiſitus, colu. 2. verſi. & vlteriùs iſta concluſ. & Paul. Pariſ. conſi. Calaſsino, nu. 43. lib. 3. Et idem in hoc caſu conſuluit Maria. Soc. Senior, conſi. 24. viſis ac diligenter, col. 4. verſic. primò quia poſito, & dicemus poſtea in liberationis cauſa ceſſante num. 181. incip. liberationis.

*Generalis liberatio facta ob ſatiſfactionẽ, nõ cõprehendit obligationẽ cõditionalẽ.*

142 ¶ Hócq; illud eſt propemodũ, quod vulgò dicimus, limitatã cauſã limitatũ producere effectũ: ad quod etiã allegari ſolet. d. l. cãcellauerat, ff. de his quę in teſt. delẽ. & l. cum ſeruo, in prin. & ibi Bal. ff. de cõtrah. empt. & l. 2. & ibi etiã Bal. ff. de ſer. expor. & l. in ratione. §. vl. ff. ad leg. Fal. & l. ita autem, in princ. ff. de adminiſt. tutor. & l. in agris, & ibi Albe. ff. de acq. rer. domi. & d. l. cũ pater. §. dulciſsimis, ff. de legat. 2. & l. gratuitã, §. 1. ff. de præſcript. verbo. & l. ſed ſi plures. aliâs eſt in. l. qui liberis. §. ad ſubſtitutos

*Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

ſtitutos,ver.in arrogato, & ibi Bal.Imol. Raph.Corn.Alexan.& Iaſon,ff. de vulg. & pupill.ſubſtitut.&.l. milites agrum, ff. de re milit.&.l.age,& ibi Bald.Saly. & Iaſon, C.de tranſactio.&.l.1. in fi.ff. de æſtimat.actio.&.c.de cætero,&.c. ea noſcitur, de ſenten.excōmu.&.c.licèt, de deci.&.c. quod ſuper his,de voto.&.c.2. & ibi Anto.poſt princ.de cuſto.euchariſt.&.c.ſuſceptū,de reſcrip.lib.6.glo.in cle.1. in verbo, reſtituat,de ſequeſtra. poſſeſsio. & fruct. Franc. Aret.in.l.qui ſuperſtitis,col.3.ver. circa tertiā limitationē.ff.de acqui.hæred. vbi loquitur de limitata cauſa renūciationis,poſt alios antiquiores ab eo citatos.& conſi.84.diligenter ponderatis, col.3.ver. ex hoc primo fundamēto,vbi loquitur de limitata cauſa æſtimationis. Barb.inter cōſi. Alex.conſi.94.viſo puncto,col.1. lib.3. vbi loquitur de limitata cauſa nouationis, Marian.Soci.con.26. ex his quæ in facto, col.3.ver.poſtremò poſito,lib.1. vbi loquitur de limitata cauſa defenſionis.& con.31 proſequēdo ordinem,col.pen.ver. ſecundò probatur,eod. lib. 1. vbi loquitur de limitata cauſa negligentiæ.& Barptol. eius filius,con. 48.eleganter,col.2.ver.ex quibus

*Limitata cauſa renunciationis.*

*Et æſtimationis.*

*Et nouationis.*

*Et defenſionis.*

*Et negligentiæ.*

*Et promiſ-*

bus infero,li.3. vbi loquitur de promiſsio ſionis.
ne.Cor.cō.299.præmittendū eſt quòd fra
tres,col.1.li.4.vbi loquitur de limitata cau
ſa ſocietatis. Cepola cauſarū criminalium *Et ſocietatis.*
cō.68.circa primum dubiū,col.1.ver.& li-
cèt dicatur, vbi loquitur de limitata cauſa
ſentētiæ.Fran.Cur.ſenior conſi.50.memo- *Et ſentētiæ*
riç recolēdę dux Mediolani,col.14.nu.66
vbi loquitur de conceſsione feudi.& con. *Et cōceſsionis feudi.*
70.Chriſti,&.c.circa primum,col.2.nu.13.
vbi de inueſtiturę limitata cauſa,quod idē *Et inueſtituræ.*
propemodum eſt. Iaſon in.l. ſi fundū per
fideicōmiſſum, col,3.verſi. ſecundò ratio,
& ſequen.ff.de leg.1.vbi etiam loquitur in
cauſa limitata vēditionis Philip. Dec. cō. *Et venditionis.*
399. requiſitus pro conſilio, col.3.num.7.
vbi loquitur de limitata cauſa excluſionis, *Et excluſionis.*
& conſil. 394. pro vera reſolutione,colu.
2. verſicu. quantum autem ad aliam , vbi
loquitur de limitata cauſa ſubſtitutionis, *Et ſubſtitutionis.*
Matthæ. Afflict.in cap. Titius,col.2.nu.7.
ti.ſi de feudo fuer.cōtrouerſ.inter dom. &
agna.vbi loquitur de limitata cauſa renun *Et renunciationis.*
ciationis,Stepha.Bertran.loquens de limi
tata cauſa ceſsionis, conſi.1. viſo conſulta- *Et ceſsionis.*
tionis themate,colum.108.num.105. lib. 2.,
Hieron. Grat.reſpon. 7.& ſi ſatis, col.vlt.

ad fi.li.1.vbi loquitur de limitata cauſa re-
*Et reuocationis.* uocationis.& reſponſ.65. & ſi agatur. col.
3.num.31. eodem lib.1. vbi loquitur de li-
*Et legitimationis.* mitata cauſa legitimationis, Paul. Pariſ.
loquẽs in limitata cauſa abſolutionis,con.
*Et abſolutionis.* 102.& ſi regulariter, colu. 2. num.17.lib.1.
& conſi. 116. circa reſolutionem. colum.2.
num. 8. eod.lib.1. vbi loquitur de limita-
*Et conceſſionis.* ta cauſa conceſsionis. & conſi. 65. viſo te-
ſtamento,col.vlt.nume.28. lib.2. vbi item
*Item renunciationis.* loquitur de renunciatione. & conſi. 1. re-
demptoris, col. penul. num.124. lib.3.vbi
etiam loquitur de renunciationis cauſa.&
conſi.41. Ioannes teſtator,col.pen. nu.77.
*Et iterũ ſubſtitutionis.* eodem lib.3.vbi loquitur de cauſa ſubſti-
tutionis,& conſi.49.Galaſsino, col.7. nu.
41. & ſeq.eod.lib.3.vbi etiam loquitur de
renunciatione,& conſil. 96. quamuis pri-
*Et commiſſionis.* ma facie,colum.2.num.12.eod.lib.3.vbi de
cauſa commiſsionis.

143 ¶ Quibus adde alia multa in eandẽ ſen-
*De iiſdẽ rebus collectĩ.* tentiam collecta à Felyno, in.c. cùm ordi-
nem,col.4.verſi.limitata cauſa, & ſeq. per
3.colu.de reſcript. & in cap.poſt ceſsionẽ,
col.2.verſi.amplia primo,de probat. & in
cap.Petrus,col.3.verſi.ſecundò declara,de
homicid.& Iaſon,qui multa accipit ab eo,
nec

nec tamen eum nominat.in.d.l. age, in. 2. not. C de tranſactio.

144 ¶ Hincque etiam illud ſit, quod tradit Bal.in rub.ff.ſi cert.pet.col.1. verſic.& dicto de cauſa,quòd per cauſam agnoſcimus effectum, & è diuerſo effectũ per cauſam. Cui conſimile eſt quod ſcribit Card. Floren.in cap.cùm dilecti,col.1. verſi.& nota argu.de accuſat.quòd talis cẽſetur effectus qualis eſt cauſa, & quòd valet argu. à deſtructione cauſæ ad deſtructionẽ effectus, & è diuerſo.Matth. Afflict.qui alios citat in conſtit. Sicil. incip. ſi quis aliquem, col. 3. in.5.quæſtio.in ſi.

*Per cauſam effectum agnoſcimus, et è diuerſo. Effectus talis cenſetur qualis cã. Arg. à deſtructione cauſæ ad deſtructionẽ effectus, & contrà.*

145 ¶ Igitur (vt repetamus) generalis diſpoſitio reſtringitur per limites rationis.Quod tamen no.intellige, vt non procedat in ratione, quæ ſola præſumptione innititur, quia per eam rationem nõ reſtringeretur generalis diſpoſitio legis vel ſtatuti, vt ſcienter voluit, & ex facto reſpondit Bal. con. 250. cuius exordium eſt, in quæſtione domini Milani, col.vlti.paulò. ante ſi. lib. 1. per no. à Iacob. & Oldra. in. lib. 1. ff. ſolut. matrimo. quod & nos dicemus infra in.29.limitatione.

*Ratio quæ ex ſola præſumptione eſt, non reſtringit.*

146 ¶ Intellige ſecũdò ſecundum diſtinctio-

*Declaratio eius quod dictum eſt ratione legis eam reſtringere.*

nem Barto.in.l.non dubium, col.2. verſic. ſecundò quæro,ibi, & ideo aduerte. C. de legib. Si quis, inquit, vult reſtringere legẽ ob defectũ rationis,aut propter aliam ſuccedẽtem æquitatem, & tunc ſi vult reſtringere, nõ licet,& ita loquitur.l. proſpexit, ff.qui & à quibus. Si verò vult reſtringere, ne aliquis indebitè lucretur,& id quidem licet,l. vt gradatim, ff. de muneribus & honoribus,&.l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſi. Si verò vult reſtringere, ne aliquis patiatur damnum, & poteſt, & ita loquitur. l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patronat. Et eam diſtinctionem ſequitur Cornel.con.193. placet mihi,col.1.ver.& ideo vbi, lib. 1. ſecundum id intelligens quod dicitur, ceſſante ratione legis ceſſare legem.& conſi. 239. pro deciſione,col.4. in literis, o, &,p.eod. lib. Et idem propemodum voluit ipſe Bartol. in dicta.l.proſpexit. & in.d.l. adigere, §. quamuis, & in.l. omnes populi,col.18. verſi.ſecundò quæro an ſtatuta,ff. de legib.& Bald.in.d.l.nõ dubium, col.2.verſi.ſequitur videre de interpretatione,& Imol. in.l.ſi verò, §.de viro,col. 2.verſi.circa primum conclude. ff. ſolut.matrimo.vbi id dicit procedere,etiã

ſi

ſi ratio eſſet expreſſa in. l. per text. in clemen. 1 iuncta glo. de electio. & idem Imo. in. l. vbi pure, §. 1. in fi. ff. ad Sc. Trebellia. Maria. Soci. conſi. 1. in caſu ſuprà narrato, col. vlt. lib. 1. & Fely. in cap. ſi quando, colu. 8. verſic. ſed videtur mirabilis, de reſcriptis.

147 ¶ At hoc minimè placet Saly. in. l. 2. col. 1. verſi. alii vt Bar. C. de noxal. actionib. vbi dicit hæc Barto. verba non ſibi videri eſſe perfecta, tùm quia nõ videtur debere fieri reſtrictio aliquo caſu, quo, reſtringẽdo ſta tutũ ad iniquitatẽ, vel abſurditatem deducatur. l. non abſurdũ, ff. de bon. libertor. tũ quia in. d. l. proſpexit, non reſtringitur diſpoſitio ea ratione, ne lucro libertatis indebitè priuetur, ſed ſolùm ea ratione, quia lex ſic ſcripta eſt: tùm quia ſi fallit in. l. pe. §. 1. ff. de rit. nup. quæ ad idem allegatur, vt d. l. proſpexit, à ratione fallẽtiæ debet ſumi diſcretio rei, & non à dicto. *De eadẽ re.*

148 ¶ Ideóque ipſe Salyc. hãc rem latiùs tractat, nam aut, inquit, ſtatutum generaliter vel indefinitè loquens habet rationem ſcriptam ſecum annexam, & tunc ſecundum illam rationem debet reſtringi, per. d. l. adigere. §. quamuis. Ratio enim primùm eſt *De eadẽ re.*

in intentione ſtatuentis, ex eáque diſpoſitio facta ac illata, authen. ingreſsi, C. de ſacroſanct. eccleſ. illatum autem nō debet ſeparari à dicto, quod ſe habet per modū rationis ad illud, l.generaliter. §. nihil.ff. de acquiren. poſſeſsio.ideo merito ſecundum rationem limitatur & reſtringitur,l. ſi is,ff.eo.tit,&.l.hæc actio,& ibi glo.ff.de calumniatorib. Aut verò ſtatutum nō habet rationem ſcriptam ſecum annexam,& tunc licèt ratio nō ſit in illo, eſt tamen in alio ſcripta vel declarata,& idem dicendū eſt. Aut nec in illo,nec in alio ſcripta vel declarata eſt, & tunc aut diſpoſitio ſtatuti eſt de eo quod non eſt de iure communi cautum vel diſpoſitum,& tunc fruſtra tractamus de limitanda diſpoſitione ſtatuti ſecūdum ius cōmune, quod nihil de ea re diſponit. Ideóque tūc ſtatutum in ſuis generalibus verbis debet ſeruari, dummodo comprehēſa in verbis generalibus ſub illa diſpoſitione poſsint includi, quantūcunque ſit durum & aſperum, & ita loquitur, dicta.l. proſpexit: etiamq; ſi hæc aſperitas ceſſet.l.1. §.nūciatio, iuncta glo.ff. de ope.no.nūciatio. Aut diſpoſitio ſtatuti eſt de eo quod diſpoſitū eſt à iure cōmuni,&
tunc

tunc aut reſtrictio quam facere volumus de ſtatuto, non poteſt fieri ſalua ratione recti ſermonis & intellectus, & tunc non reſtringitur ſecundum ius cõmune, quia ex verbis eius apparet quod ſtatuentes voluerunt ampliare ius cõmune, & non poteſt ſe ad illos reſtringere, & eius rei quędam exempla addunt, quæ ibi videre poteris. Aut reſtrictio quam facere volumus poteſt fieri ſalua ratione recti ſermonis, & tũc aut quæritur in pœnalibus & odioſis, & tunc ſtatutum debet reſtringi ſecundum ius cõmune, per. d. l. & alia iura, quæ allegat. Aut in fauorabilibus, &. c. vt ibi videre poteris. Neque enim pertinent ad hoc noſtrum inſtitutum, quo quærimus de reſtringenda diſpoſitione, ex ceſſatione, ſiue defectu rationis.

149 ¶ Secundum autẽ, quo dicimus diſpoſitionem ſpecialẽ extendi & ampliari ex ratione generali (ſi hæc extenſio aut ampliatio dicenda ſit de quo ſuprà diximus) ita quòd vbi habet locum ratio illa generalis, habeat & diſpoſitio, probatur ex. l. nomẽ debitoris, §. vl. ff. de lega. 3. & l. cũ mulier, ff. ſol. mat. & l regula. §. ſi qs, & ibi Bar. & Bal. et iterũ, §. & licèt, ff. de iu. & fac. igno-

*Ratio ampliat & extendit diſpoſitionem.*

rant.&.l.1.§.hoc interdictum eandem, ff. de fonte.&.l.1.§.mater, verſicu. quid ſi curatores, & verſicu. quid ſi deceſſerunt, ff. ad Sc. Tertullia. &.l. pater filium, §. fundum, ff. de legatis tertio, vti à nonnullis citatur, licèt alijs nihil facere videatur.& d.l.cùm pater, §.duſciſsimis, ff. de leg.2.&.c.ſecundò requiris, & ibi Bal. de appellat.&.c.conſtitutionem, de regular.lib.6.

150 *De eadē re.* ¶ Et voluit quoque glo.in clement. 1. in verbo, eligatur, & ibi Cardin. Florent. qui eam dicit ſingul.de electio.Bal.in.l. quod dicitur, per eum tex.ff.de pact. dum dicit eatenus extendi dictum, quatenus ratio illius extenditur.& conſi.309.opinio communis, ante mediū, lib.4.Ange. con. 221. in volumine, col.2.verſi.nec ob.huic deciſioni.& con.246. Titius tanquam hæres, vbi & id dicit procedere in omni diſpoſitione. Imol.con.1.in caſu præmiſſo, col. 3. verſi.& primò non videtur, vbi ex hoc dicit quòd.c.quamuis, de pact.lib.6.loquens de pacto de non ſuccedendo, quod ei fit cui debet ſuccedi, habet locū in eo quod fit alteri, ex generali ratione illius, c.& cō. 174.ſpectabilis domine, poſt princip. Panor.in

*In omni diſpoſitione.*

*c. quamuis, de pactis, habet locū etiā ſi renunciatio alteri fit*

nor.in.d.c.1.de iuramen.cal. vbi & id dicit procedere in odioſis,& in.d.c.1.vbi ſuprà,de re iudica.vbi & id dicit procedere in pœnalibus,cùm ratio eſt expreſſa, vt in.c.ſecundò requiris,in.1.no.de appell.& in.d.c.quia in inſulis,de regular.&.d.cõſi. 93.lib.1.&.d.con.58.eod.lib.2.Domini.in. c.ſtatutum,§.cùm verò,col.vlti. de reſcri. lib.6.Paul.Caſtren.in.l.ſi verò,§. de viro, poſt prin.ff.ſolu.matrimo.&.d.con. 432. quantum ad primum,vbi ſuprà,lib.1. Alexan.conſi.11.põderatis verbis inquiſitionis,col.2.verſicu.& cùm ibi,lib.1.& conſi. 52.circa hanc dubitationem,col.3.verſicu. præterea faciat vbicunq;,lib.4. &. d. cõſi. 75.vbi ſuprà,lib.5.& cõ.51.in caſu præſenti,col.2.verſicu.tamen iſtis nòn obſtantibus,lib.7.& Soci.con.241. circa primam difficultatem,col.4.verſic.nec obſtat ſi dicatur,lib.2.Iaſon in.l.licèt inter priuatos, col.2.verſi.primò quia quãdo ratio. C. de pactis, & alij multi ex his quos ſuprà, nu.140.incip.& id item.

*Itaq́ etiam in odioſis. Et in pœnalibus.*

151 ¶ Idq; eſt,quod vulgò diximus, vbi eſt eadem ratio, idem ius ſtatui debere, l. illud,ff.ad leg.Aquil.&.l.à Titio,in princ. ff.de verbor.obligatio. & ibi concordan.

*Vbi eadem eſt ratio, ibi idem ius.*

in glo.

in gloſſ. Vltra quas adde text.not.in.l.his ſolis, in illis verbis, ſatis tacitè cautum, C. de reuocan.dona.quem ad hoc dicit ſingula. Bal.in.c.quia, V. in fi.de iudici. & meliorem totius iuris, idem Bal. in rubr. C. de nautic.fœnor. Adde inquam tex.in.c. tranſlato, de conſtitut.&. c.inter corporalia, de tranſlatio.prælat.

152 ¶ Et quod dicit Bal.in.l. omnes populi, colum.7.verſicu.tertiò quæro, ff. de iuſti. & iur.quòd non videntur diſſidentia quę in ratione conueniunt, quia ratio eſt coniunctio diuerſorum caſuum ad eũdem finem tendentium, per.l.non poſſunt, &. l. nā vt ait.&.l.ideo quia, ff.de legib. & rurſum ipſe Bal.in eadē.l.omnes populi. col. vl.verſic.ſecundò no.quod vbi eſt eadem ratio, nō propriè dicimus ſtatutum extendi, quia ineſt tacitè, per gloſſ. in.c.ſæpe, in verbo, Italiæ, de temporib.ordinat.l. 6. & quod ipſe Bal.ſcribit in repe.l. de quibus, colum.12.verſicu.item no.quòd non videtur, ff.de legib.quòd vbi plura habent eandem rationem, cùm de vno tãtùm fiat mētio, videtur id fieri exemplariter, non reſtrictiuè, cum alijs multis aggregatis ab Alexand.con.75. incip. videtur in præſenti

*Diſsidentia nō ſunt quæ in ratione conueniunt.*

*Extenſio nō eſt, vbi eſt eadē ratio.*

*Exemplariter videtur fieri mentio de vno, cùm plura habēt*

ſenti conſultatione,col.1.lib.5.& Iaſon in d.l.à Titio,in princ.col.vl.ff.de verb.obli gat.& con.63.per reformationem, col. 4. verſicu.ſecundò principaliter,§.3. & à me in repet.l.ſi vnquã,in verbo, libertis, nu. 45.quorũ ſentẽtia,C.de reuocand. donat. *eandem rationem.*

153 ¶ Et hæc vſque adeò obtinent, vt etiam in correctorijs & exorbitantibus extendatur diſpoſitio ex ratione expreſſa in lege vel alia conſtitutione corrigente & exorbitante,licèt aliàs ſecus. Ita enim voluit glo.reputata ſingul.in clemen.1.in verbo, eligatur,& ibi Genz.Pau.Eleaz.Car.Flo. in.22.quæſt.& latè Imo.col.6.verſicu.tertiò quærit glo.de electio. Bal. in authen. quas actiones,col.2.verſic.ſed ego dico, & ibi etiam Paul.Caſt.col.2.verſicu.item verũ eſt, & Iaſon qui id latiſsimè & optimè diſputat & declarat,col.4.verſicu.pro clara intelligẽtia,& 2.ſeq.col. C. de ſacroſan. eccleſi. per tex in. d.l.his ſolis. idem Bal. non obſcurè in.l.maximum vitium, colũ. 3.C.de liber.præterit.Imol.Rapha. Corn. & Paul.Caſt.in.d.l.ſi verò,§. de viro: ille colum.ſecunda,verſicu.circa primum: alter poſt medium: poſtremus ſtatim poſt principi.ff.ſolut. matrimo. idem Imola. *Superiora procedũt etiã in correctorijs, & exorbitantibus.*

in.l.

in.l.vl.col.3.verſi.& nota diligenter, ff.de hæred.inſtit.& con.123.in cauſa quæ vertitur.col.2.verſi.& pro iſta parte,vbi dicit ſingul.illam glo.in.d.clemē.1.Raph. Fulgoſ.con.104. Titius condidit teſtamentū, col.2.verſi.& illa etiā ratione. Raph. Cō. in.d.l.cum mulier per illā tex. & ibi etiā Alex.in.5.no.ff.ſolu.matri.& in.l. quamuis,& ibi etiam Paul.Ca.in fi.C. de fideicom.Panor.in.c.vl.col.3.ver. & licet Bar. dixerit,de reſcrip.& in.c.nihil,col.5. ver. nec obſtat ſi dicatur,de electio. Alex.in.l. 4.§.Cato,col.6.verſi.& vltra prædicta, ff. de verbor.obliga.& con.50.viſis actis cauſæ,col.3.verſicu.& ſaltem vbi ſcripta, lib. 2.& con.17.ponderatis his quę in themate,col.pen.verſic.nec obſtat quòd tex.lib. 3.& con.89.circa primum dubium, col.2. verſicu.vnde ſicut,lib.6.Franc.Arc. con. 27.proponitur ex facto,col.1.verſicu.præterea etiā,iūctis his quæ dicit,col. 2. verſi. non ob.quòd melior,& verſi.ſeq. Cepol. qui id dicit ſing.cau.criminal.con.74.viſo ſtatuto Taruiſij,col.vl.ver.quiareſpōdetur quòd illud. Iaſon in.l.de quibus,col.4. verſi.puto quòd vtrunq;,ff.de legi.Frā. Curt. Senior con.81.rectè præfatus,col.2.nu.7.

¶ Et

154 ¶ Et ad hoc bene facit text.in.l. emptor, in fi.ibi,ea ratione reddita, ff.de reiuendi catio.& in.l.fideicommiſsi , §.cùm Pollidius , ibi , idque ſibi mater ideo placuiſſe teſtamento comprehendiſſe , ff. de vſur. glo.in §.1.in verbo,ad curationem , in authēti. vt hi qui ſe hab.perhib.& quod tradit glo.in.c.ſi poſtquam,in verbo,mente, de electio. eod.lib. 6.& in clem. 1. in verbo,eligere,eo titu. *De eadē re.*

155 ¶ Nam & in pœnalibus hoc idem procedere tradit Bal.in. l. data opera , col. 4. verſic.& adde quòd vbi eſt , C. de accuſa. per.d.l.his ſolis, quæ propriè loquitur in materia pœnali,&.l.vl.C.de indic.viduit. tollen.& idem Bald.in.c.1. §.porrò , col.2. per illum text.quem dicit meliorem de iure,ti.quæ fuit pri.cau.benef.amittē.& Saly.l.ſi ſerui,col.pen.verſic.prima eſt quòd etiam , iunctis præced.C. de noxali.Petr. Anchar. con. 304. iſta allegata in contrarium, ante fi. vbi etiam dicit talem caſum potiùs venire ex mēte legis,quàm ex extenſione.Nam ratio,inquit,extendit verba legis,per.d.l.nominis & rei,§.verbum ex legibus,ff.de verbo. ſignificat. & dicit eſſe text. expreſſum,ad caſum , qui venit *Et in pœnalibus.*

ex mente

ex mente legis, extendi conſtitutionē pœnalē in. d. c. ſi poſtquā, de electio. lib. 6. & idem quoq; Panor. in. c. vlt. col. 2. verſi. ſed mihi placet, de reſcript. per tex. vt inquit, apertiſsimū in. l. 2. §. quid ſi curatores, & §. quid ſi deceſſerint, ff. ad Sc. Tertullia. & per bonum (vt & ipſe dicit) text. in. l. liberum, §. ſenatus, ff. de rit. nuptiar. dicitque id non eſſe interpretationem extenſiuam, ſed intenſiuam, & intellectiuam. & idem Panor. in. c. 1. col. 3. verſicu. not. ibi, intentione, de iurā. cal. dum dicit procedere etiam in odioſis. & in. d. c. 1. col. 4. verſic. diſpoſitio etiam pœnalis, de re iudica. & in. d. c. quia plerique, colum. penult. verſicu. ego latiùs de immunit. eccleſiarum. Domin. in capit. ſi ciuitas, §. 1. in princi. de ſenten. excommunic. lib. 6. Alexand. in. d. l. cùm mulier, col. 1. in. 5. no. per illum text. ff. ſolut. matrimo. & d. conſi. 75. videretur in præſenti, col. 1. lib. 5. Iaſon in. l. 1. §. ſi is qui, in prin. col. vlt. verſic. tertiò moueor, ff. ad Sc. Trebellia. Philip. Deci. in. l. non videtur. col. vlt. verſic. ſeptimò fallit, ff. de regu. iur. De quo tamen vide Imo. in. l. ſi verò. §. de viro, col. 7. ver. tertiò caſu principali, ff. ſol. mat. & Phili. Dec. in. l. ſi quis

*Ex interpretatione intenſiua non extenſiua.*

id

id quod,col.pe.ver.& ex iſta glo.ff.de iuriſdictioni.om.iudi.

156 ¶ Sed quicquid ſit in ſimplici pœnali,tamen vbi eſſet conſtitutio, & correctoria & pœnalis ſimul, tunc non extenderetur ex eadem ratione etiã expreſſa, vt expreſſe voluit Anto.in repeti.c.vlt.col.27.verſic.hæc vera in quantum, de conſuetud. Roma.in.d.l.ſi quis,id quod,col.2. verſic. nota etiam ratione,ff.de iuriſdict, om.iudic.& conſil. 129 . licèt magna apud me, verſic.ſecũda ratio,Domi.in.c.1.col.3. verſic.hęc vera niſi ius , de tempor.ordinan. lib.6.Alexan.in.d.l.ſi conſtante, in princip.col.4.verſi.hoc tamen intelligi debet, ff.ſolut.matrimo.& Iaſon in authẽti. quas actiones,col.6.verſic.intellige tamen iſtã, & omnes ferè.

*Quid in pœnali ſimul & correctoria.*

157 ¶ Et in id allegant multi ex ſupradictis gloſ.quam dicunt ſingul.in clement. vt hi qui,quæ eſt ſecunda,in verbo, in eiſdem, de ætate & qualitate ordi.dum text.ibi ponit rationem expreſſam , & gloſ.ibi dicit non eſſe extendẽdam. Cui adde & aliam glo.not.non abſimilem,in cap.in fidei , in princip. de hæreticis,lib.6. Et faciunt quæ ſcribunt Bartol.& alij in.l. Marcellus , in princip.

*De eadẽ re.*

princip.in vlt.quæſtio.ff.ad Trebellia.

158 ❡Sed huius tamē contrarium ſentit Pa-
*De eadē re.* nor.in.d.c.vlti.de reſcript. licèt iura quæ ipſe allegat, non loquantur in materia correctoria. Tamen pro illius opinione adducit Claud.Seyſel.in.d.l.ſi conſtante,col.3. verſic.primò,vt non procedat, dictū Bar. in.l.quemadmodum,circa medium, C.de agricol.& cenſit.lib.11.cum alijs cōcordantibus dicentibus conſtitutionem pœnalem eſſe fauorabilem,ex quo ſequitur pœnę appoſitionem nō debere impedire extenſionem,ſiue ampliationem. Sed vt ſubdit Seyſel.reſponſio patet ex nota.per ipſum Bart.in.l.2.§ exercitiū, ff.de his qui no.infa,ex quibus declaratur hæc limitatio procedere tantū,vbi pœna eſſet odioſa.Et ita illam glo.in.d.c.de æta.& quali.limitat Fel.in.c.trāſlato,col.pen.ver. primò quòd licet in materia,de conſtitutio.

159 ❡Sed & hæc quoque procedūt etiam in
*Ratio teſtis reſtringit et ampliat dictū illius.* teſtimonijs & depoſitionibus teſtium, vt ſcilicet ratio teſtis declaret, reſtringat, & ampliet dictum ipſius, vt videre licet ex Bald.in.l. conuenticulam, col 4. verſic.& de hoc do regulā, C.de epiſcop.& cleric. & in.l.data,col.9.verſic.item not. quòd ra

tio

tio reſtringit.C.de his qui accuſ. poſſunt per.d.l.1.§. hoc interdictum, ff.de fonte. Alexan.con.20.viſo proceſſu cauſæ inter Catharinam,col.pe.verſic.modò ſic ratio, lib.2.& conſi.24. animaduerſis his, col.7. verſic.præterea ipſe,eo.lib.2. Fely.in cap. tua nos,col.2.verſic. & ad iſta, de iureiuran. Hippo.Marſil.in repe.rub.C.de probat. col. 30. verſic. propter hoc. Imò verò & in omnibus hominum diſpoſitionibus rationem conſiderari tanquam fundamentum actus, pronunciauit Bald. loquens in hac materia,in.c.& ſi Chriſtus,ad fi.de iureiuran.per.l.vlt.ff.de hæred.inſtituen.& l.cùm pater,§.dulciſsimis,ff.de leg.2.

*Quod et procedit in omnibus diſpoſitionibus. Ratio actus fundamentum.*

160 ¶ Sed vt redeamus ad noſtrum principale inſtitutum,quo diximus,ceſſante cauſa aut ratione legis,ceſſare legem aut conſtitutionem,iſtud quidem multi non admittunt,ſed è diametro contrarium dicũt, vt ſcilicet non ceſſante eius cauſa, niſi id dictum ſit expreſsè ea lege, vel niſi poſtea reuocetur:licèt enim ceſſet cauſa,remanet tamen eius authoritas, quæ eam facit durare,argu.l.de quibus,ff.de legib.&.c.vl. de offic.deleg. Ita enim voluit glo.in.d.c. poſt tranſlationem,in verbo, ceſſante, in

*Cõtrariũ eius quod dictũ eſt ceſſante ratione legis,legem ceſſare.*

ſi.& ibi Io.Andr.col.pen.ſuper ea glo. & Bal.col.2.ver.quæro vtrum ceſſante.Cardi.Flor.col.1.Imo.col.5.nu.36.de renũcia. Io.Mona.in.c.cupientes,col.2.nu.5. de electio.lib.6.Zenzel.& Paul.Eleaz.in clemen. 1. de appellati. allegantq; ij omnes propemodum in id.c.dixit. 32. q. 1. vbi id etiam no.Archidia.poſt Lauren. & idem voluit Iaco. Areti. in. l. 1. vti eum allegat Imo.ibi,col.vlt.ff.ſol mat. Alter Iaco.Butrig.in.l.vl.ff.de condic.ob cau. & in. l. 2. C.eod.titu.prout & illum citat Imol. in.l. 2.§.vlti.col.3.ff.de donat.Corne.con. 239. pro deciſione,col.4.in litera c.li.1.& cõ.53 in hac cõſultatione, col.5. in litera i. li. 4.

161 ¶ At id nonnulli intelligunt,& inter cæteros Io.And.poſt Hug.in.d.c.poſt tranſlationem,col.vlti.Henric.Boh.in. c. & ſi Chriſtus,col.vlti.de iureiurã. & multi ex his quos citauimus in ver. ab hinc. 2. niſi interueniat neceſſitas,c.priſcis. 55. diſtinctio.vel vtilitas , c.neophytus , 61. diſtinctio.aut pietas,c.Lugdunenſis. 9. q. 2. aut contraria conſtitutio. c. vltimam , 76. diſtinct.ſiue conſuetudo,§ leges,qui eſt ſub c.in iſtis,4.diſtinct.

*Niſi interueniat neceſſitas.* *Vel vtilitas.* *Vel pietas.* *Vel cõtraria cõſtitutio.* *Siue conſuetudo.*

162 ¶ Verùm Card.Floren.in.d.c.poſt tranſlationem

ſlationem, in §.cæterùm,col,2.ver.item in eo quod dicit Hoſtiē.poſt eādem opinio: quam tribuit.Hoſtienſi, dicit cauſas neceſſitatis, vtilitatis,& pietatis magis inducere diſpenſationem,quàm vt faciant ceſſare diſpoſitionem. In eo autē quod de contraria conſtitutione vel conſuetudine dictum eſt, id quidem non eſſe quòd ceſſet cauſa,ſed quia diſpoſitio reuocatur & extinguitur. Anton. verò in eo ipſo. c. poſt tranſlationē,col.4.verſic. tu dic latius,dicit quòd ex primis duabus potiùs reuocatur, quam ceſſet. *De eadē re.*

163 ¶ Alij hac in re diſtingunt ſecundum ea quæ diximus ſuprà nu.146.incip. intellige ſecundò, an ſcilicet quis indebitè damnum pateretur,niſi ceſſaret lex ceſſante eius ratione,& tūc ceſſat,per.l.adigere, §. quāuis,ff.de iure patron. Aut tunc indebitè lucrum amitteret,& tunc nō ceſſat, per l.proſpexit,ff.qui & à quib.Qua in ſententia omniū primus fuit Bar.in multis locis quæ tibi deſignauimus illo eo.nu.146.vbi etiā videbis qui illum ſequuti ſunt,& nu. quóque ſeq.incip.at hoc minimè, vbi videbis quid de hac re dicendum ſit.

164 ¶ Bald.autem in.c.ſi Chriſtus, col. vlti. *De eadē re.*

ver. ampliùs no. de iureiur. Cauſa, inquit, dicitur duobus modis. Primò, vt eſt aliquid in eſſe producens, & ipſi cohærens. Alio modo, prout eſt ratio faciens ratum, vti accipitur in. l. 1. ff. ſolu. matrimo. & tũc aut ratio eſt expreſſa in verbis, & tũc nunquã diſceditur à ratione. l. vlt. ff. de diuort. & l. in eo iure, §. deinde, ff. de rit. nupt. & l. 1. §. non autem omne, ff. de fluminib. & l. ita autem, in princ. ff. de adminiſtrat. tut. Aut ratio non eſt expreſſa in ipſis verbis promulgationis legis, ſed adijcitur poſt legis promulgationem. verbi gratia, lex noua ponit rationem legis veteris, vel interpretatio prudentum rationem addit: & tunc refert, aut enim ceſſante ratione ſequitur abſurditas, & tunc ceſſat lex, c. quẽadmodum, de iureiuran. aut æquitas poteſt ſtare cum ſtatuto, licèt ceſſet ratio interpretatiua prudentum, & tunc non ceſſat lex, quia ſufficit ratio generalis in omnibus, quæ ſunt de iuſtitia poſitiua, ſcilicet quia placuit legiſlatori, l. 1. §. 1. ff de poſtula. vnde eſt pro ratione voluntas, vt not. in. l. 1. C. de ſecund. nupt. & ſuppoſita poteſtate non eſt quærendum de ratione l. non omnium, ff. de leg. Aut ceſſante ratione

*Quid ſi ratio ſit expreſſa.*

*Quid ſi adiecta fuerit poſt legis promulgationem.*

*Quid ſi ſequatur abſurditas.*

*Quid ſi æquitas ſupereſt licèt ratio ceſſet.*

*Quid ſi remanet ſtatu*

tione remanet ſtatutum contra rationem naturalem ,tunc ceſſat ſtatutum. l. milites agrorum, ff. de re mi. *tum contra rationem naturalem.*

165 ¶ Idem Bald in.l.1. col.2. verſic.nota hîc in ſecunda glo. C.quæ ſit long. conſuetud. dicit quòd ratio legis licèt tacita ſit,tamen eſt ratio,& ea quidē ſeruāda, ſi eſt finalis, per.d.l.ita autē,in princ.ff. de adminiſtratio. tutor.&.d.l.milites, ff. de re milit.non obſtat,inquit,l.proſpexit,ff.qui & à quib. quia ratio legis inſpicit ad extēdendū, nō ad perimēdū iam diſpoſitū, vt ibi:nam ex illa tacita ratione non poſſumus perimere formam ipſius legis,in caſu formaliter occurrenti, & formaliter diſpoſito. *De eadē re. Itē de tacita ratione.*

166 ¶ Alibi quoque idē Bal.in.l.1.col. 5. ver. item an ceſſatio. ff. ſolut. matrimo. dicit quòd ceſſante ratione legis ceſſat lex.quādo aliâs ſequeretur perpetua & inemēdabilis abſurditas ſiue incōmoditas, ſecus ſi temporalis tantùm, per.d.l. proſpexit. ff. qui & à quib. vnde, inquit Iacob. Areti. & Cyn. qui dicunt eam. l. carere ſpiritu, non bene loquuntur. *De eadē re: Quid ſi ſequatur temporalis tātū abſurditas.*

167 ¶ Rurſus idem Bald. in.c.1.§. & quia vidimus,col. antepen.verſi. modò quæritur quæ eſt ratio, in addit. titu. qui feud. dar. *Quid ſi ſtatutū diſponit de ratio*

ne vel econ- poſſ.dicit quòd ſi ſtatutum diſponit de ra
uerſo. tione,ſeruamus ſtatutum,non rationē,per d.l. proſpexit.Si autem è diuerſo ratio diſponit de ſtatuto,ſeruamus rationem,non ſtatutum, quia ea prior eſt in potētia, arg. l.Labeo,in ratione ſui.ff. de ſupellect.leg. & eum refert & ſequitur Corne.conſi.53. in hac conſultatione,col.5.verſicu. poteſt etiam ad hoc applicari, lib.4.

168 ¶ Anto.in.d.c.poſt trāſlationem, col. 4.
De cadēre. verſi.tn dic latiùs,de renunciat.dicit quòd cū quæritur, an ceſſante cauſa legis ceſſet lex,hoc dupliciter poſſe intelligi. Primò, an ad caſum in quo cauſa legis non ſe extendit,lex vel eius diſpoſitio ſe extendat, & tunc ceſſante cauſa ceſſat lex: quia vbi ſeparata eſt ratio, ſeparatū debet eſſe ius, l.hæc actio, ff. de calumniat. cum ſimilib. Secūdò poteſt intelligi, an ceſſante cauſa, ceſſet lex in eo quod principaliter diſponit:& tunc ſi eſt ius diſpēſatiuum,& in fieri,vt ipſe loquitur,ita vt ex diſpenſatione nondū ius ſit in perfecto eſſe, tūc ceſſante cauſa ceſſat diſpenſatio, & hoc eſt verum, quando ceſſat ſpecifica cauſa.Si autem ius eſt in perfecto eſſe, & cauſa eſt generalis, tūc ceſſante ea cauſa generali nōceſſat lex:

ſed

ſed reuocari debet,c.ſuggeſtum,de decim. Si verò eſt ius commune,& tunc aut cauſa eſt per perpetuá, & non eſt quæſtio,ſci licet quòd iuris obſeruantia eſt perpetua, vt iugis cōtinentia clericorū, & dilapi dationis ſuſpicio.c.ſacerdotibus.31. diſtin.& cap.quia ea.3.q.2.&.l.ſi tutor.C.de interd. matrimo. Aut eſt cauſa temporalis, & tūc ſi exprimitur in ea quòd ceſſet lex ceſſante cauſa, ea ceſſabit.c. vt conſtitueretur. 5. diſtinctio.&.c.cum M. Ferrarien.de conſtitutio.ſi non exprimitur,non ceſſat.c. dixit dominus.32.q.1.niſi interueniat neceſſitas,vtilitas,pietas,cōtraria lex vel cōſuetudo,ſecūdū ea quæ diximus ſuprà nu.161 incipi.at id nōnulli. Et idem ad verbū voluit Panor.in.d.c.poſt trāſſationē,in.2.lectu.eius tit. quæ omnino ſimilis eſt lectu. Ant.vt ipſe Pan.ab illo accepiſſe videatur

169 ¶ Ante hos autem Inno.in.d.c. quia ple *De eadē re,* rique,col.vlti.de immunit. eccleſ. ſcribit, quòd valet conſtitutio contra ius naturale,ex iuſta tamē cauſa facta : ſed ſi ea cauſa ceſſet,ceſſabit & cōſtitutio. verbi gratia,iuſta eſt cōſtitutio quæ dat exceptionē Senatuſconſulti Macedoniani propter iuſtam cauſam:ſed ſi ea cauſa non ſubeſſet in

certo aliquo caſu, vt quia quis in neceſsitate mutuauerit pecuniã filiofamilias, nõ haberet locum ea conſtitutio: & peccaret qui ſe ea exceptione tueretur. Subdit tamen poſtea alios dicere, quòd cùm facta ſit conſtitutio ex iuxta cauſa, licèt poſtea eueniat caſus, vbi ceſſet cauſa illa, tamẽ ſeruãda eſt conſtitutio, quæ generaliter fuit facta: nõ potuit enim nec expediuit omnes articulos ſigillatim comprehendere. l. non poſſunt, ff. de legib. niſi talis ſit caſus, qui à iure excipiatur. Hæc ille, qui non aliter declarat, vtra opinio ei magis placeat, & eum refert Petr. Anc. ibi paulò ante ſi. qui dicit hæc Inno. verba eſſe valde bona.

170 ¶ At Card. Florẽ. ibi, in. 18. quæſtio. dicit primam opinionẽ ſibi magis placere, quia proprium conſtitutionis eſt, vt ſit iuſta: cùm ergo deſinit eſſe iuſta, nõ eſt ſeruãda. vel vt ſubdit, poſſet dici, melius eſſe hoc caſu principem conſulere. c. ſi quando, de reſcrip. qui prouidebit reuocando conſtitutionem iniuſtam, & faciendo aliam iuſtam ex varietate temporum. c. nõ debet, de conſang. & affinit.

*De eadẽ re.*

171 ¶ Sed Anto. ibi, col. pen. verſi. plus dicitur, cõcordando illas duas opiniones, ſcri-

bit

bit, vt à multis citatur, licèt nõ ita expreſſè in meo codice: ſe putare vltimã opinionem procedere, ſi lex ſtatuit ex cauſa legitima & indiſcretè loquitur, & in omnibus caſibus præſumit cauſam: Si autẽ nõ præſumit cauſam in omnibus caſibus, vel ſaltem de defectu cauſæ poteſt conſtare per modum probandi à lege nõ reprobatum, procedit prima opinio.

172 ¶ Panor. autẽ in illo ipſo. c. quia pleriq;, col. antepenul. in. 13. quæſtio. verſi. ego latiùs, relatis huiuſmodi opinionibus hanc rem (vt ipſe dicit) latiùs & clariùs tractat. Nam aut lex, ait, ſiue ſtatutum præſumit cauſam & ſuper ea inducit præſumptionẽ iuris & de iure, & tũc nõ admittitur probatio ſuper ceſſatione cauſæ, per. c. qui ſidem, de ſponſalib. niſi ius induceret illam præſumptionem in fauorem alicuius: tũc enim admittitur probatio in contrarium, per cõfeſsionẽ partis, per no. in authẽ. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nupt. & per Inno. in. d. c. quia plerique. Tamen in foro animæ non eſſet ea conſtitutio ſeruanda, ſi conſtaret de defectu cauſæ, vt idem ipſe Panor. tradit in. d. c. is qui fidem, & in cap. 1. de conſtitut. Aut lex ſiue alia conſuetudo *De eadẽre.*

ſuetudo non inducit præſumptionem iuris & de iure, ſed ſimpliciter ſtatuit: & tũc ſi cauſa eſt expreſſa in lege, & probatur cauſam illã deficere in caſu occurrẽte, & non debet ſeruari cõſtitutio, nec in foro animæ, nec in iudiciali: quia ratio legis eſt lex, & non è contrario: ideo vbi ceſſat ratio, ceſſat lex. l. non dubium. C. de legib. & cap. vlt. de regul. iur. lib. 6. & l. cùm pater. §. dulciſsimis. ff. de leg. 2. & l. ex facto, in. 1. reſpon. ff. de vulg. & pupill. vbi hoc idẽ probatur habere locum in priuilegiis, et aliis iuribus ab eo allegatis, etquod vt ſubdit, no. Bar. in. l. itẽ quæro. §. qui impleto, ff. loca. Aut ratio legis nõ eſt expreſſa, & tũc ſi poteſt naturaliter & indubitanter vnica præſumi, debet lex reſtringi ad limites illius rationis, vt dicit Cy. in. d. l. non dubiũ eſt. & Bald. in. l. maximum vitium. C. de liber. præterit. Quod procedit etiam in pœnalibus, vt voluerunt doct. in dd. locis. & optimè facit. l. 2. §. quid ſi curatoris, verſi. quid ergo, ff. ad Tertullia. Hæc Panor. Cui quantũ ad poſtremum caſum pertinet, adde quæ dicam infrà in. 21. limitatione, præſertim num. 7. incip. intelligẽdum eſt tertiò, & ſequ.

¶ Omnium

173 ¶ Omnium autem latiſsimè Aegid. Bellamera in.c. poſt tranſlationem, col. 5. recẽſitis aliorum opi. ſic diſtinguit. Aut ceſſatio rationis tanta eſt, vt per eam remaneat conſtitutio irrationabilis, & tunc, vel eſt ob id, quia remanet alia ratio ſufficiens, & tunc nõ ceſſat lex, niſi hoc diceretur ea lege, vel alia, §. affinitatis, Inſti. de nup. cum ſimilib. Aut non remanet alia ratio ſufficiens, ſed lex nõ manet propter hoc irrationabilis, quod qualiter procedat, declarauit idem author in. c. quantò in. 4. quæſtio. de conſuetud. Et tunc aut ratio ceſsãs eſt impulſiua ſolùm, & tunc non facit ceſſare legem, l. 1. §. ſexũ, ff. de poſtulan. Aut eſt finalis, & tunc aut nõ eſt lex merè poſitiua, ſed facta ex certo & ſufficienti iudicio rationis, ſicut ſunt reſponſa prudentũ, & quaſi omnia alia iura. ff. & tunc præſumitur ratio cohærere legi, & conſequenter ceſſatio eius facit ceſſare legem, & ita procedit quod no. ĩ. d. l. cũ tale, §. legato. ff. de cõditio. & demõſtra. Aut eſt lex poſitiua nullã certã & ſufficiẽtẽ rationẽ habẽs, ſed ſolùm authoritatẽ ſtatuentis, licèt quadã perſuaſione rationis minimè ſufficiẽtis adiutã: & tũc aut apparet de mẽte ſtatuen-

De eadẽ re.

tis volẽtis ceſſare legem ex ceſſatione rationis, & ceſſabit lex: quia in conſtitutionum interpretatione principaliter recurritur ad mentem cõditoris, c. in his, de ver bor. ſignific. cum ſimilib. Aut non apparet, & tunc ſtandum eſt eorum opinioni, qui negant ceſſare legem ex ceſſatione rationis: quia hoc caſu ſola authoritas ſtatuẽtis eſt cauſa principalis: cõſtat autem (inquit) de mente, ſi id exprimatur, vel etiam tacitè ex præfationibus, l. vlt. ff. de hęred. inſtit. vel alijs ſequẽtibus, l. ſi ſeruus plurium, §. vlt. ff. de lega. 1. & quia hoc nõ eſt lege certa conſtitutum, locus eſt arbitrio iudicis, c. de cauſis, de offic. deleg.

174 *Liberationis cauſa ceſſante, ceſſat liberatio.*

¶ LIBERATIONIS cauſa ceſſante, ceſſat liberatio, quod ex eo patet, quod ex facto reſpondit Angel. conſil. 189. viſa quictatione reuocatur in dubium, quòd quãtumcunque verba liberationis ſint plena & prægnantia, ſi tamen cauſa ipſius liberationis nõ poteſt ex proprietate ſermonis adaptari ad aliquam ſpeciem debiti, illam non comprehendit. Et id ſequitur & dicit no. Fran. Aret. cõ. 160. verũ eſt quod Comicus, col. 3. verſicu. moueor primò, vbi ex hoc dicit quòd oratio quantumlibet

bet vniuerſalis reſtringitur, vt non comprehendat ius, cui cauſa liberationis non eſt adaptabilis, de quo dicit eſſe caſum clariſſimum, & ibi hoc no. Bar. in. l. cùm pater. §. dulciſſimus, de lega. 2. & benefacere tex. in. l. ſi is qui animo, ff. de acq. poſſeſſ. & in. l. cancellauerat, & ibi Bar. ff. de his quæ in teſta. delen. Quod & ex eo reaſſumit Chaſſe. conſi. 69. quæro ad primum, col. 2. num. 9. & ſequ. Et bene etiam facit quod proditum eſt à Socin. conſil. 159. in præſenti conſultatione pręmittens aliqua colum. 5. verſic. 4. & vltimo lib. 2. & Paul. Pariſ. dum allegat Angel. & Fran. Aret. vbi ſuprà, conſi. 49. Calaſſino, col. 7. nu. 43. lib. 3. Et diximus etiam ſuprà, nu. 141. incip. & ideo ex facto.

M

175 ¶ MANDATI cauſa ceſſante, ceſſat mandatum, in id enim eſt tex. expreſſus in. c. ſi pauper, in fi. in illis verbis, cùm ceſſet cauſa mandati, & ibi glo. in verbo, ceſſet, & Domin. qui id no. in. 3. no. de præben. libro ſexto. *Mādati cā ceſſante, ceſſat mādatū*

176 ¶ METV ceſſante ceſſat quod ob eundē factum eſt, vt ex eo ſatis liquet, quod ſcribitur in. l. 1. C. de naut. fœnor. tamdiu venire *Metu ceſſante, ceſſat quod ob eū eſt factum.*

nire vſuras centeſimas pro pecunia traie-ctitia, quãdiu durat metus maris apud creditorem: ceſſante autem metu, cómunes tã tùm deberi, quod Bal. & Salyc. ibi, trahũt ad bailiam ſiue arbitrium extra ordinem conceſſum metu bellorum, vt ceſſet ceſsã-te metu, de quo nos diximus ſuprà in arbitriorum cauſa ceſſante. Et bene etiam facit quod ſcribit glo. in. l. 3. ff. de donat. cau. mort. arg. l. ſi mortis cauſa.

177 *Morbi cauſa ceſſante, ceſſat morbus.*

¶ MORBI cauſa ceſsante ceſſat morbus, quod hinc videre licet, quòd medici imprimis obſeruandum eſſe dicunt, vt medicus obſeruet morbi cauſam: an frigus, fames, an ſatietas, & quæ ſimilia ſunt. occurſurũ enim vitio eũ qui originem nõ ignoraret, vt ſcribit Cornelius Celſus in proœmio rei medicę: proindéque etiã medici ipſi circa id præcipuè laborãt, vt declarent morborum cauſas, inter quos is qui facilè primas obtinet, Gallenus librum vnũ de morborũ cauſis priuatim ſcripſit, vt ſcilicet illis cognitis, ac deinde ſublatis, morbi quoque vitia tollantur. Ex quo ille ipſe lib. 1. de arte curandi ad Glauconem, Cauſæ (inquit) infeſtanti perpetuò cõtraria opponenda ſunt remedia: labori quidẽ quies:

quies: vigilijs ſomnus: iræ, triſtitiæ, excan deſcentiæ, ſermones actiones ſpectandæ, & rerũ narrationes, quæ animo voluptatem afferunt. Sic & qui cogitatione laborãt, ab hac omnino ceſſent. Sed & hinc eſt illud ipſius Celſi, in illo eodem proœmio, quòd ſi morbos eæ cauſę facerẽt, quę vbique eædem eſſent, remedia quoque vbiq; eadem eſſe debuiſſent. ídque pręcipuè, vt dicit Galenus lib. 8. Therapeuticę, proſpicit morbis, qui in generatione ſunt, tollẽdis, ſcilicet ijs quæ illas excitant cauſas.

178 ¶ Nullúſque eſt propemodum medicorũ, in quo non inuenias ſexcentas huiuſmodi ſentẽtias. ſed quod ad noſtrates pertinet, huc reſpicit quod ab illis diſſeritur de medico, qui certa mercede promiſit cu rare ægrotum, qui curatus ( vt ſtatim prima fronte videbatur) in eandem ęgritudinẽ recidit, vt ſi ſtatim reciderit, cẽſeatur eadẽ morbi cauſa permãſiſſe: ideóque ab eo morbo curatus cenſeri nõ debeat, vt per Barpto. Brix. quęſtio. 73. medicus quidã, omnes propè in. l. Martius, ff. loca. Alberi. in. l. cõtractus, nu. 7. ff. de regu. iuris. Bal. cõſ. 255. quidã fœnerator. col. 2. li. 3. & alios quos tibi cõgeſsi in. l. ſi vnquã, in verbo, ſuſce- *De eadẽ re. ex noſtratibus.*

ſuſceperit liberos,num.180.incip.& quod à noſtris,C.de reuocand.donat.

N

179 ¶ NECESSITATIS cauſa ceſsãte, ceſſat quod ob neceſſitatem ſtatutũ eſt, aut introductum,c.2.& ibi Card. Floren. in. 3. not.Pet.Anc.in.1.no.Anto.in.1.no.de cuſtod.euchariſt.&.c. de Siracuſanæ vrbis. 28.diſtinctio.&.c.quoniam multa, 48. diſtincti.&.§.verũ,63.diſtinctio.&. c. quod pro remedio,& ibi Card. Alex. in princ. 1.q.7.&,c.ordinationes, §. quamuis autẽ, 9.q.1.glo.in.l.ſolet,in verbo, quã curator, & ibi quoque Bar.ff. de tutel.& in.c.in argumentum,de regu.iur.lib.6.Hoſtien.in. c.cùm in cunctis.verſi.ea propter, in verbo,neceſſitate,de elect.Bar.in.l.1.§. nũciatio,col.3.verſic. quãdoque ſit iuris noſtri, ff.de oper.no.nunciat.vbi dicit quòd quãdo aliquid ſtatuitur pro neceſſitate cõtra regulas iuris communis,intelligitur habere locum,quatenus durat neceſſitas,per.l ſenatus,ff.de offic.Præſid.&.l.1.in.fi.ff.de feri.& Pet.Anch.in.c.1.col.2.in. 6.no. de ſtat.monachor.

*Neceſſitatis cauſa ceſſante, ceſſat quod ob eã ſtatutũ eſt.*

180 ¶ Sed hoc primò intellige, niſi vtilitas ſuccederet in locũ illius neceſsitatis ceſſantis,

*Niſi vtilitas*

ſantis, vt eſt de monachis ordinādis, in.c. ſunt nonnulli, in fi.&.c.cum pro vtilitate, 16.q.1.& arg.c.priſcis, 55.diſtinctio. Et voluit glo.in.d.c.in argumētum, in fi. de regu.iur.lib.6. Archid.poſt Hugo.in. c. ſtatuimus, circa medium, & iterū in. c. neophytus.in fi.61.diſtinctio. Henric. Bohic. in.c.& ſi Chriſtus, col.vlt.de iureiu. Car. Alex.in.c.quod pro remedio, 1.q.7.

*ſuccederet in locū ceſſantis neceſſitatis.*

181 ¶ Secundò intellige, niſi ex neceſſitate ius commune introductū fuerit, tūc enim id non ceſſat ceſſante ipſa neceſsitate, ſed perpetuum manet.c.duo.12.q.2.&.c.dixit dominus.32.q.7. Niſi in cōſtitutione exprimatur quod id ceſſare debeat ceſſante, neceſsitate, c.quod ſcripſi.35.q.3.& ita voluit ipſe Archid.poſt Laur.in.d. c. ſtatuimus.61.diſtinctio.

*Aut niſi ex neceſſitate ius cōmune introductū fuerit.*

182 ¶ Cui adde quantum ad primum, quòd id, per quod redimus ad ius cōmune, multò firmius eſt, & potentius, vt videre licet ex glo.illa ſingul.in.c.ſtatutum, in verbo, pr numerandum, ibi, item per hanc, de præbend.lib.6. Anto.& Panor.in.c.olim tibi, per illum tex.illum quidem, in fi.alterum in.3.no.de verbo.ſignific.cum alijs multis ſimilib.à me collectis, in tract.primigenio

*Firmius eſt id per quod redimus ad ius cōmune.*

rum, q.24.nu.6.incip.quam rationē. Quā-
tum autem ad exceptionem, adde etiam
quæ diximus ſuprà in ceſſatione cauſæ
legis, num. 160. incipien. ſed vt redea-
mus.

183 ¶ Tertiò intellige vt ceſſet effectus in eo
*Quid autem in faciēdu.* caſu circa facienda, non etiamiam facta, vt
etiam dicit glo. in. d.c. in argumentum, per
no. in. d.c. quod pro remedio, & in. c. & ſi
Chriſtus, in fi. de iureiuran. & facit (in-
quit) c. factū legitimè, eo ti. de reg. iur. li. 6.
Ad quod etiam optimè facit quod dixi-
mus ſuprà in ceſſatione cauſæ diſpēſatio-
nis, nu. 90. incipien. quod tamen ita, & ſe-
quen. & quod etiam dicemus inferiùs in.
12. limita. & iterum in. 40.

O

184 ¶ OBLIGATIONIS cauſa ceſsāte ceſſat
*Obligatiōis cauſa ceſſante, ceſſat obligatio.* obligatio, vt ex facto interrogatus reſpon
dit Soci. con. 31. proſequendo ordinē, col.
pe. verſi. quartò etiam probatur, lib. 1. mo-
tus hac noſtra generali regula, quòd ceſsā
te cauſa ceſſat effectus.

185 ¶ ODII cauſa ceſſante ceſſat & effectus
*Odij cauſa ceſſante, ceſſat odium.* illius. l. 2. & ibi Bal. C. qui ad liber. nō poſ.
peruenire. & idem Bal. in. l. 1. col. 2. verſic.
nota quòd ceſſante, C. ſi rector prouinciæ.

Ae-

Aegid.Bellam.in cap.cùm eccleſia ſutrina,col.3.num.8.de cauſ.poſſeſſio. & proprieta.Carol.Ruin.conſi.122.de duobus principaliter,col.5.num.7.lib.5. & Phili. Deci.conſi.456.conſului aliâs quòd Iacobus,colum.penult.num.12. & omnes propemodum, quos citabimus,in ſequ. verſicu.

186 ¶ Ex quo ipſe Bal.in illo primo loco illud aſſumit,vt ſi filius vel vxor priuatur patria,in odium patris vel mariti banniti: illis mortuis,& ſic odio illo ceſſante, poterit liberè & impunè in patriam reuerti. Quod etiam voluerunt Iacob. Are. Iaco. Ra.Bart.ipſe Bal.Alberic.Imo.in.l. Titia Seio,§.vſuras,ff.de leg.2.idem Bald. poſt Dyn.in.l.1.§.qui in perpetuum, ff. ſi ager vectigal.& in.l.omnes populi,col.7. ver. ſed nunquid ſtatutum,ff.de iuſtit. & iur. & in.l.ſi ſeruus,ff.de public. in rem actio. & in.l.in omni,ff.de adoptio.& in. l. cùm acutiſsimi,col.2.ver.& nota illud ſtatutũ, C.de fideicõ.et ĩ.l.volũtas,circa prĩ.eo.tit. & in.l.vlt.per illũ tex.C.de iniur. Alber. in tracta.ſtatutor. parte. 4.queſti.62.quęro ſi ſtatuto,vbi plus dicit id ꝓcedere etiã ſi ſtatutũ dicat,vt vxor bãniti ſit perpetuò ban-

*Filius odio patris patria priuatus,eam recuperat patre mortuo Et vxor marito mortuo.*

*Etiã ſi ſta*

*tutũ dicat vt perpetuò ſint bãniti.* bannita, Angel. vt à nonnullis citatur, in repetit.l.incola,colum.10.ff.ad municipa. Floria.in.l.penult.§. ſi quis pro ſeruo, ff. de noxa. Alexa.con.20. viſo proceſſu cauſæ inter Catharinam,colum.2: verſi. iſtud etiam fuit de mente,lib.2.& con.207. põderatis verbis ſtatuti,col.3. verſicu. ad idẽ allego,lib.6.Franc.Aret.in. l. Pannonius, §.vlti.ff.de acq.hæred.Corn.con.50.in hac conſultatione placet,in fi.li.4.& con. 97. licèt in hac,col.3.verſicu.ſic & aliâs,lib.4. Soci.in tracta.fallen.regu. 229. incipient. lex generaliter loquens,verſic. fallit ſi finiatur cauſa.& conſil.262.in cauſa magnifici,col.3.verſi.nam finita cauſa odij, libr: 2.quod repetitur con.90.lib.3. Felyn.poſt modernos,vt ipſe dicit, in. c. ex parte B. col.1.verſicu.limita tertiò,& iterum colũ. 2.verſic. iſta limitantur,de for.compet. & in.c.quæ in eccleſiarum,colũ.10.in. 2. declaratione,de conſtitu.Iaſon in.l. 1. col. 13. verſic.tertiò adde tex.ff.de offic. eius cui manda.eſt iuriſdict. Carol.Rui.d.con.122. vbi ſuprà,lib.5.Hippol.Marſil.in.l.vl.co. 6.verſic.item adde quòd ſtante ſtatuto, ff. de quæſtionibus.

187 ¶ Et huc petinet tex.in.c.cùm tu, iuncta

gloſſ.

gloſſ.in verbo,donec,de vſur. vbi odioſæ conſtitutiones editæ cōtra vſurarios odio vſurarum ceſſant,poſteaquam vſuras exercere deſierunt.& ita per eum tex.voluit Bal.in rubr.C.de vſur.colū. 2 .verſicu.ſecundò quæro.& Lauren.Rodulph. in repetitio.c.conſuluit,capite.4.verſic.eſt etiā quæſtio,extrà eo.titu.Ioā.Ana.in. c. quia in omnibus,quod eſt tertiū,col.16. verſic. adde etiam prædictis,eo quoque tit . Roma.conſi.404.in caſu propoſitæ conſultationis,colū.2.verſic . ſimiliter ceſſat odioſa.Alex.id intelligens, dummodo vſuras prçteritas reſtituerit,in.l.1.col.1.C.de edē. & in.l.Prætor ait,§.is etiam,col.1.in.1.no. ff.eod.Iaſ.in.l.1.col.13.verſic. ſecūdò adde tex. ff. de offic. eius cui mand . eſt iuriſd.

*Odioſæ conſtitutiones editæ in vſurarios,ceſsāt vſuris ceſſantibus.*

*Dūmodo vſuras prætaritas ſoluāt.*

188 ¶ OFFICII cauſa ceſſante, id eſt qualitate,quç eſt cauſa officij,ceſſat officium,per tex.in.l.Lucius, ff.de fideicō.liberta. quē in id expendit Bal.id tamen intelligens, quādo ea qualitas officij certa eſt,in. l.generaliter,col.4.verſi.& adde circa primū, C.de epiſcop.& cleric. & alium tex. in. l. tutelas,ff.de capit.diminutio.quem & ad hoc quoque allegat Bal.in.c.1 . in vtraque lect.& ibi poſt eum Iaſon col. 13. verſicu: vlt.

*Officij cauſa ceſſante, ceſſat officium.*

vltimò no.in verbo,non aliter,ff. de offic. eius cui mand.eſt iuriſdict.

189 ❡ Ex quo illud fit, vt officium coadiutoris dati ob malam officialis vel magiſtratus vel beneficiarij, ſiue prælati ſiue tutoris aut curatoris valetudinem, vel aliud impedimentum ceſſet ceſſante valetudine,aut alio impedimento,glo.in l.ſolet,in verbo,quā curator,& ibi Alberi. & Bart. qui diſtinguit,ff.de tutel.idem Alber.qui & in hoc diſtinguit,in l.ſi quos,col.1.ver. ſed nunquid remoti,& ſeq.C.de offi.Præfect.Præto.Ori.cum his quæ diximus ſuprà in curationis cauſa ceſſante.

*Coadiutoris officium ceſſat impedimēto ceſſāte*

190 ❡ Et idē quoq; mortuo prelato,cui coadiutor datus erat, nam etiam finitur officiū coadiutoris ceſſante ſcilicet cauſa, vt probatur,ex.c.grandi,de ſupplen.neglig. prælato.lib.6.& voluit Bal.in .l. ex facto, in princ,paulò poſt medium,&ibi quoq; Alex.col.2.verſi.item no. quòd ceſſante, & Frā.Rip.co.itē.2.nu.11.ff. de vul.& pu.

*Et mortuo eo cui coadiutor datus erat.*

191 ❡ Sed hoc intellige vt nō procedat quādo ſufficit qualitatem adeſſe certo & determinato tēpore:nā ſi ea qualitas adfuerit illo tēpore,& poſtea ceſſet,nō propterea ceſſat offic.vt latè per Io.And.in.c.ſtatutum,

*Quid ſi ſufficiat qualitatē adeſſe certo tempore.*

tum,col.5.ſuper verbo,habentibus,de reſcrip.lib.6.& dicemus infrà in. 4. limitatio.per totũ,maximè verò nu.4.incipien. & ex hoc quoque ſit.

P

192 ¶ PACE ceſſante ceſſat quod ob eã conceſſum eſt,vt in pulchra facti ſpecie cõſuluit Roma.con.459. in propoſita conſultatione,in.1.dubio,ibi enim loquitur de priuilegio ciuilitatis à Senenſibus conceſſo Piſanis propter pacẽ & cõcordiam inter eos coitã quòd quidẽ priuilegium dicit, ceſſare, ceſſante ac rupta ea pace & concordia,per multa iura & rationes illic adductas.& ſequitur Fely.in cap.quæ in eccleſiarum,colum.10.in.2.declaratione, de reſcriptis,& Iaſon in.l.1.colum.13.verſic. vltimò not. in verbo, non aliter, ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. & in. l. ſciẽdum,§.vlti.colum.2.verſicu. ſed vt articulus, ff. qui ſatiſd. cogunt. Et facit quod è diuerſo ſuprà diximus numero. 42. bello ceſſante, ceſſare omnem ipſius effectum.

*Pace ceſſante, ceſſat quod ob eã factum eſt.*

193 ¶ PAVPERTATE ceſſante, ceſſant & quæ propter eam ſtatuta, aut introducta ſunt, aut conceſſa, vt probatur ex.l. non

*Paupertatẽ ceſſante,ceſſant quæ ob eã ſtatuta ſunt.*

tantùm,§.eos qui,ibi, niſi ſi facultates eorum adauctæ fuerint, ff. de excuſat.tutor. vbi immunitas conceſſa ob paupertatem, ceſſat adauctis facultatibus, & ibi. Iacob. Are.Nicol.Matth.in lectu.Bart. ipſe Bar. & Alberic.not. ex eo text. quòd priuilegium conceſſumratione paupertatis,perditur auctis facultatibus. Et probatur item ex.l.cura,§.deficientium,ff.de muneribus & honorib.vbi deficientium facultatibus ad munera quę indicuntur,excuſatio non perpetua eſt,ſed temporalis. nam ſi ex voto patrimoniũ auctum fuerit,ceſſabit excuſatio,&.l.his omnibus,§.auctis,ff.de vacat.mun.cuius hæc verba ſunt,auctis poſt appellationem medio tempore facultatibus,paupertatis obtẽtu nõ excuſantur.& l.ſemper,§.hæc idcirco, verſic. ſed ne eos quidem,qui augeant facultates, ff.de iur. immunita.

194 ¶ Et ea quidem ſunt iura, quæ à noſtris
De eadẽ re. in id quod diximus allegari ſolẽt,ſed quibus addere potes.l.nec maritus,C.ſol.matrim.vbi exceptio, ne quis teneatur vltra quàm facere poteſt, non amplius ei prodeſt,qui locupletior factus eſt.&.§.vl.Inſtitut.de actioni. vbi bonorũ ceſsio facta

ob paupertatem, ei non prodeſt, qui fortu nis auctus eſt. &. c. ſi pauperes, de præbē. lib. 6. vbi ſi papa mandauerit epiſcopo, vt clerico pauperi nullum habenti beneficium, prouideat de beneficio, & interim ille clericus adeptus fuerit beneficium, ceſſat illa prouiſio.

195 ¶ Sed & huc ſpectat quod plerique voluerunt, quòd ſi dos fuerit reſtituta vxori, ob viri inopiam, & vir ipſe poſtea diues factus fuerit, ceſſabit illa reſtitutio, ita vt dos ipſi viro reddēda ſit, vt voluerūt Dy. Baſ. Ange. & Rom. in l. ſi conſtante, ff. ſolu. matrim. ea ratione moti, quòd ceſſante cauſa ceſſet effectus, & alij nonnulli quos tibi citabo infrà in. 14. limitati. vbi hanc rē latè tractamus, & ibi videbis quid hîc dicendum ſit, nam ſunt alij, qui ſunt contrariæ opinionis, vt etiam ibi videbis. *De eadē re.*

196 ¶ Vt tamen interim non omittā & alios doctores, qui hoc voluerunt, quod in principio diximus, paupertate ceſſante ceſſare & priuilegium propter illam datū, videlicet glo. in §. vlti. in verbo, ceſſauerint, 25. q. 2. & Roma. qui ex hoc in pulchro caſu ex facto conſuluit, con. 404. in caſu propoſitæ cōſultationis, vbi loquitur de ſtatuto *De eadē re.*

quodam

quodam Peruſino, vt ibi videre poteris.

197 *Permiſsiõis cã ceſſante, ceſſat permiſsio.* ¶ PERMISSIONIS cauſa ceſſante ceſſat permiſsio. ita enim expreſsè voluit Bal. in. l. 1. per eũ tex. in verſi. non aliter. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdict. & Signor. conſi. 39. quæritur nunquid ex conſuetudine, col. 2. verſi. ſecundò probat, per tex. in. l. ſi verò non remunerãdi, §. ſi mandauero, ff. mãda. & l. 2. & l. cum precario, ff. de precar. & l. iudicium ſoluitur, ff. de iudici. & l. peto. §. prædium, ff. de lega. 2. & l. in omnibus, ff. de reg. iur. & Cardi. Alexand. in. c. quod pro remedio, in princi. per eum text. 1. q. 7.

198 *Periculi cã ceſſante, ceſſat quod ob id ſtatutum eſt.* ¶ PERICVLI cauſa ceſsãte, ceſſat quod eius cauſa ſtatutum eſt aut permiſſum, vt nuncupatim voluerunt Bald. & Salyc. in l. 1. per eum text. C. de nauti. fœnor. Roma. conſil. 404. in caſu propoſitæ conſultationis, col. 2. Philip. Dec. in. c. cum ceſſante, poſt princi. de appellatio. Ad quod etiam facit quod ſuprà diximus in metu ceſſante, nam & hoc illuc quoque pertinere videtur.

199 *Præſcriptionis cauſa ceſ* ¶ PRAESCRIPTIONIS cauſa ceſſante (id eſt poſſeſsione quæ cauſa eſt præſcriptionis) ceſſat & ipſa præſcriptio, vt probatur

batur ex.l.deniq;,&.l.nec vtilẽ,ff.ex qui- *ſante, ceſſat*
bus cauſ.maior.&.l.1.§.1.C.de vſucap.trãſ *præſcriptio.*
forman. & tradidit Bald.in.l. generaliter, colum. 3. verſicu. item exemplum. C. de epiſcop.& cleric. vbi tamen intelligit de præſcriptione nondum completa:ſi enim eſſet completa, & conſequenter ius iam quæſitum, non ceſſaret id ius ceſſante cauſa, vt dicemus latè poſtea in.11. & iterum. 12. limitatio.

200 ¶ PRAESVMPTIONIS cauſa ceſſante, ceſſat præſumptio, vt teſtis eſt Bald.in.l.ſi certis annis, col.3.ver.concludo igitur.C. de pact.per.l.ſi qui adulterii.C.de adulte. &.l.diuus,ff.de reſtitu.in inte.&.l.omnes §. Lucius. ff. quæ in fraud. creditor. &. l. non ſolùm,§.de viro,ff,de rit. nuptiarum, &.l. nõ omnes,§.à barbaris,ff.de re milit. Et idem voluit Corne.conſi.308. licèt dicta allegata,col.pe. verſi. & non recedendo à præmiſsis, lib. 1.

*Præſũptionis cauſa ceſſante, ceſſat præſumptio*

201 ¶ Ex illis autem textib.primus ille, d. l. ſi qui adulterii,eſt admodũ notãdus, quo cauetur,quòd ſi accuſati adulterii accuſationẽ refellant, ex eo quod proximè coniuncti ſint ſanguine, ob quod non præſumitur eos ſe inuicem cõcubitu polluiſſe: ſi

*De eadẽ re.*

*De ſuſpectu adulterij, q*

*poſtea ĩ matrimonium coëunt.* ſi poſtea nuptias cõtraxerint, ob idq; ceſſauerit ea cauſa præſumptionis, ceſſat et ea præſumptio, adeò vt tanquam confeſsi prius illud adulterium, puniri poſsint. & illum tex. facit ſingul. Barto. ibi, & Roma. in repe. l. admonendi, col. 3. verſi. ſecunda ratio eſt, & ibi quoq; Iaſ. in repet. col. 86. nu. 265. verſi. & ex hoc potes colligere rationem, ff. de iureiurã. & Fely. in cap. inſinuatum, poſt medium, de ſimo.

202 *Eius rei poëtarum teſtimonia.* ❡ Cui admodum adſtipulatur lepidum illud epigramma à Martiali lib. 6. in Proculinam ſcriptum, epigram. 22.

Quod nubis Proculina concubino,
Et mœchum modò, nũc facis maritum,
Ne lex Iulia te notare poſsit:
Non nubis Proculina, ſed fateris.

Et aliud quoque eiuſdem lib. 1. in Paulam, epigramma. 42.

Mœchus erat, poteras tamen hoc tu Paula negare.
Ecce vir eſt, nunquid Paula negare potes?

203 *Priuilegij cauſa ceſſante, ceſſat priuilegium.* ❡ PRIVILEGII cauſa ceſsãte ceſſat priuilegiũ. l. athletæ. §. 1. ibi, quoad in præſidatu ſunt. & l. geometræ, ibi, donec curã gerunt. & l. idem Vlpianus, ff. de excuſat. tutor.

tutor.&.l.Titia Seio,§. vſuras,& ibi gloſſ. & Bart.ff.de lega.2.& filius à patre.§.1.ibi, cùm militare deſiiſſet, & ibi Imol. Alex. Franci. Are.& Iaſ.ff.de liber.& poſthum. &.l.ex facto,in princip.ibi, quia iam poſſet ſibi teſtamētum facere, & ibi Dy. dum tractat an legitimatio reuocetur per filiorum legitimorū natiuitatem, Franc. Aret. in.7. no. qui dicit id fieri ipſo iure, & Iaſ. in. 6. not.ff.de vulg. & pupil. &.l.2. §. omnes,& ibi Franciſ.Curt.iunior colum.1. verſicu. tertiò ex text. habes, ff.de iudici. &. l. doli. §. diuerſum,ff. de nouatio.&.l. in omnibus cauſis, la. 2. ff. de regul. iur. &. l. generaliter, & ibi Bald. & omnes. C. de epiſcop.& cleric.&.§.1. & ibi gloſſ. & doctor. Inſtitu.de milit.teſta.& cap.ſug geſtum. de deci. & cap. magnæ, in fine, & ibi gloſſ. vlti. Hoſtienſ. in fi.& alii, de voto, & capit. cum d, in. 63. diſtinctio. & cap.quiſquis.84. diſtinctio. & cap.vlt. 24. quæſtio. 2.

204 ¶ Et voluerunt vltra iam citatos glo.in.l. De eadē re. ſi vētri.§.in bonis,in verbo,credere. ff. de priuileg.creditor. &. c. in ſynodo, in glo. vlt.63. diſtinctio. & in cap.generaliter,in verbo,non diuagantes, la. 2. 16. q.1.Dy.&

Philip.

Philip. Fran. in. c. decet, de regul. iur. lib. 6. Specul. titu. de inſtrumentor. editio. §. nũc autem, qui eſt. 11. verſicu. item quod fiat. Bald. in. l. 1. §. & ideo, verſicu. item ceſſante cauſa priuilegii. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. Angel. in. l. minoribus. C. de his quibus, vt indig. Panor. in. c. cùm acceſsiſſent, col. penul. verſi. aut quæritur de priuilegio, de conſtitutio. & in. c. quia plerique, col. penult. verſi. ego latiùs de immunit. eccle. & cõſi. 61. videtur quid dictus Peruſinus, col. 1. verſicu. moueor in hanc ſententiam, lib. 2. Roma. in repe. l. ſi verò. §. de viro, in. 27. fallentia, verſi. ſeptimò. ff. ſolut. matrimo. & conſi. 180. ſi admittimus totum, col. 2. ver. hac igitur pro finali ſuppoſita. & conſi. 404. in caſu propoſitæ conſultationis, col. 1. verſi. quod vltra vulgare. Fran. Aret. in. l. diuortio. §. vlt. col. vlt. ff. ſolu. matri. & con. 83. quia multa fuerunt, col. 2. verſi. nec obſtat præmiſsis, in fi. eius verſi. & Maria. Soci. iunior cõ. 160. circa præſentem, col. penult, & vlt. lib. 2. & alii, quos poſtea citabimus.

205 *Monaſterio deſtructo,* ¶ Nam glo. in. c. abbate, in glo. vt. de verbor. ſignificatio. dicit quòd priuilegium datum monaſterio, ceſſat deſtructo ipſo monaſterio,

monaſterio, vtpote quòd erat cauſa priuilegii, argu. illius text. & cap. & hoc diximus. 16. quæſt. 7. vbi idem dicit glo. in verbo, deſtructa, &. §. vlti. in fi. 25. quæſt. 2. Et illam primam glo. referunt, & ſequuntur omnes ibi, cum eo tamē temperamento ab Inno. Io. And. Card. Floren. & Panor. tradito, vt ſi monaſterium reædificetur, recuperet ſuum priuilegiū, per. c. quia diligentia, de electi. Sed hoc rurſum intelligit Panor. niſi monaſteriū fuiſſet deſtructū authoritate ſuperioris, neq; enim tunc etiam reædificatū recuperat priuilegium, per. c. 2. & ibi no. de ope. no. nunciatio. & cap. quæris. de conſecra. diſtinctio. 4. quod & ante ipſum dixerat glo. in. d. c. & hoc diximus. 47. Anto. autem in. d. illo. c. abbate, ita de hoc loquitur, vt nolit priuilegiū reuiuiſcere loco ſemel extincto.

*ceſſat priuilegium illi datum.*

*Si tamē reædificetur idipſum recuperat.*

*Niſi fuerit deſtructum authoritate ſuperioris.*

206 ¶ Et huc quoque ſpectat quod ſcriptum reliquerunt Cyn. Barto. Salyc. Rapha. Fulgo. & Paul. Caſtr. in. l. qui ſub prætextu, per illum text. C. de ſacroſanct. eccle. loquentes de ſcholaribus (ita enim vocant ſcholaſticos) non ſtudentibus, vt non debeant gaudere priuilegiis conceſsis ipſis ſcholaribus, vt quę dātur cauſa ſtudii, ideo

*Scholares nō ſtudētes, nō gaudent priuilegijs ſcholarium.*

ea cauſa ceſſante ceſſare debent & priuile gia.& idem tradidit ipſe Bart.in.l.1. etiam per illum tex.C.de collegia.lib.11.Bald.in authen.habita,col.4.verſi.ſequitur in tex. ſcholaribus. C. ne fil.pro patre, Anto. in procemio decretal.col.3. ver.quid de ſcho laribus,vbi tamen declarat.Ioã. Ligna.in procem.clement.Panor.in.c.1.ad fi.de iudic.& clanculum ante hos Ioan.Monach. in procem.lib.6. col. 2. verſicu.ex quibus colligo,& ibi quoque eius authoritate Io. And.& clarius Pet. Anch.col. quoque.2. verſi.quartò no.quod dicit.& Imo.in cle. 2.col.3.verſi.ſi verò conſtat qualitatem,de reſcrip. Et facit text. in, c. cùm ex eo, ibi, literarum ſtudio inſiſtẽtes,de lectio.lib.6. & quod ſcribit gloſſ.vlti.in.l.1.C.de ſtud. liberal. vrb. Roma.lib.11.loquẽs de iis qui malè intenti caſtra ædificãt,& tegulas domus numerant.nam & ea gloſſ. ſolet à noſtris in hunc caſum allegari.

207 ¶ Et id credo veriſsimum,quamuis con-
*De eadẽ re.* trarium ſubobſcurè tenere videatur gloſſ. loquens de ſcholaribus parum ſtudentibus,in.d. procemio.lib.6. in verbo, commorantibus,& ibi apertiſsimè Domi. qui ita dicit cõmuniter teneri,& Philip.Fran.

vterq;

vterque colum. vlti. ſuper ea gloſſ. & Hoſtiē. etiam ſubobſcure in. d. procemio decretal. in verbo commorantibus, & ibi clarius Card. Flo. & Imol. vterq; col. 3. in. 8. oppoſitio. ibi, dicit autē hic, nam vtriuſq; eſt eadem omnino lectu. & iiſdem verbis, vt Imo. à Cardinale eo vetuſtiore aſſumpſiſſe videatur. idem Car. non tamen adeò apertè, in. d. procemio Clemē. col. 2. ſalutationis ſummi pōtificis, verſi. quæro in eo quod dicit, ibi, itē quia dicit hic. & Alberi. in. l. generaliter, col. vl. de epiſc. & cleri. & nouiſsimè Iaſon in. l. 1. col. vlt. verſi. confirmo iſtam limitationem. ff. ſolu. matrimo.

208 ¶ Verùm hæc poſterior opi. (quod iam dixi) mihi non placet, quando & id generale ſit in omnibus actibus ſiue artificiis et operis vel negociis, aut muneribus, & offi ciis, vt priuilegia illis conceſſa tamdiu ſolùm durent, quamdiu quis in illis ſe exercet, per tex. in. d. l. ſemper. §. negociatores, in illis verbis, quamdiu in huiuſmodi actu ſunt, & rurſum in. §. vlt. eius. l. & ibi Bart. in. 2. no. ff. de iure immunita. & in. l. athletæ, in princi. ibi, quoad in præſidatu ſunt, & ibi gloſſ. in verbo, gentium, ff. de excuſatio. tutor. & l. geometræ, & l. exactores, *De eadē re.*

K C. eo.

C.eo ti.& l.milites,& ibi glo.& doctor.& iterũ.l.ne quidã,quæ eſt penul.ibi, iis ſolis, qui in expeditionibus occupati ſunt, C.de teſta.milita. & .l.vlt. ibi, ſi in hoſtili loco,ff.eo tit.& d.§. 1. & ibi glo.in verbo, introduxit,& iterũ in.§.illis autem, & ibi Ange.Are.in.1.no.Inſtitu.eodem tit.&.l. qui ſub prætextu, ibi, cùm id munus non impleãt,& iterũ ibi, muneris quod minimè exequitur,rurſúmq; ibi,ſub nudæ appellationis velamine,& ibiBar.et omnes, C.ſacroſ.eccle.&.l.ſi quis,iũcta glo.in verbo,ſpoliãdus, C.de domeſt. & protector. li.12.Et voluerunt præterea ipſe Bar.Bald. Paul.Ca.& alij recẽtiores in.l. ſcriniarios, C.de teſta.milit.Bald. in.l in teſtamẽto,eo tit.& in.l.1.C.de iur.et fac. ignorãt.et in.l. militem.C.de procur. Saly.in.l. non prohibẽtur,C.qui accuſ.nõ poſſ.Panor.qui id dicit no.in.d.c.1. de iudi. Rom. latè in repe.l.ſi verò,§.de viro,in.34.fallẽt.ff.ſolut. matrim.Barb.cõ.57.prȩclarè ſcribitur,col. 2.ver.& ſi quiſpiã opponat,lib.1.Fel. in.c. clerici,col.1.de iudic.Io.Fran.Ozer. in.§. ſupradicta,col.2.nu.5.Inſti.de milit.teſta.

209 ¶ Et hanc quoque opi. confirmat quod

Priuilegiũ poſt Gul. Cu.ſcripſit Bal.in.l. ſeruis,arg.

illius

illius tex.C.de epiſcop.& cle. quòd priuilegiũ conceſſum ſtudẽtibus vel habitantibus in certo loco,puta in Cluſio Peruſino non durat,niſi perſeuerãte ſtudio, vel habitatione: nam cauſa, inquit,cõmenſurata tẽpori cõmenſurat ſibi effectũ ſecundum tẽpus.Ex eo no.ipſe Bal. quòd conſenſus per aliquẽ præſtitus contẽplatione certæ cauſæ finalis , tandiu intelligitur durare, quãdiu durat cauſa in eſſe, vt ipſe loqtur.

*datũ habitantibus certi loci,durat habitatione durante.*

*Cauſa cõmẽſurata tẽpori,cõmenſurat effectũ.*

210 ¶ Ad hęc mutatione perſonę quę eſt immediata cauſa priuilegii,mutatur et proinde extinguitur priuilegiũ,l.Paulus,et ibi Barto.ff.de acq.hæred.&.l.licitatio.§.vlti. ff.de publica & vectig. &.l.1.C.de impo. lucra.deſcriptio.lib.10. Et ita per illos tex. voluit Bald. in rubri. C.de vſur. in. 4. quæſtio. vbi ex hoc dicit, quòd ſi res eccleſiæ perueniat ad priuatum, ceſſat priuilegiũ.quod & dixerat Bart.in.d.l.Paulus. & ſequitur Ioan.Ana. in.c.ſalubriter,col. antep. verſi. quæritur etiam iuxta prædicta,ibi,pro quo etiam facit, eo tit.de vſur. Et hoc quoq; alibi voluit idẽ Bal. in repe. l. 2. colum. 5. in. 7. quæſtio.C. de ſeruit. & aqua , vbi & ad hoc allegat text. in. l. ſed & ſi reſtituatur, ff. de iud. & ex hoc

*Mutatione perſonæ mutatur priuilegium.*

*Eccleſiæ priuilegiũ non trãſit ad priuatum , ad quẽ res peruenit.*

dicit, quòd licèt papa mihi conceſſerit caſtrum de plenitudine poteſtatis, poterit nihilominus cõtra me præſcribi, quia mea poſſeſsio non eſt papalis: & mutata perſona, mutatur priuilegium, quod dictũ pro ſingul. ſequitur, & commendat Barb. in tracta. de præſtan. Card. in .2. parte. 1. partis, col. 1. vbi dicit ſe ſuper hoc conſuluiſſe contra dominos de Corrigio. Et id quoque voluit Soci. conſi. 93. circa primum, colum. 6. verſic. ad quintam rationem, vbi & ad hoc allegat. l. ſi fundum per fideicõmiſſum. §. vlti. cum ibi no. ff. de lega. 1. & l. cùm patronus, ff. de lega. 2. & latè Philip. Deci. qui alios allegat, & id declarat, in. l. in omnibus cauſis. ff. de regul. iur. & conſi. 48. cuius ſuperſcriptio incipit, priuilegium immunitatis.

211 *De eadẽ re.* ¶ Et ad hoc quoque faciunt quæ tractata ſunt ab Archidiaco. & Io. And. in. c. 1. de immunita. eccleſ. lib. 6. & eod. Io. And. in. c. priuilegiũ, de regul. iur. eod. lib. 6. & in additio. Specul. tit. de cenſib. §. nũc dicendũ, in additio. magna incip. per hanc. l. ibi tractauit Vber. & ipſo Specul. tit. de cleri. coniuga. §. 1. verſi. ad huius autem articuli euidentiam. & poſt eos Alexand. con. 35.

viſo

viſo proceſſu inter cōmunitatē,col.4.ver. quantùm verò ad illud, lib. 4.

212 ¶ Sed & ad hoc quod hîc principaliter tractamus, videlicet ceſſante cauſa priuilegii ceſſare priuilegiū,pertinent quæ ſuprà diximus de fauore ceſſante,& quæ de pace ceſſante,quę itē de paupertate ceſſante, & quæ præterea dicemus de ceſſante cauſa religionis,& quæ denique de ceſſante cauſa reuocandi domum, quæ hîc aliter ſcribenda non duximus. *De eadē re.*

213 ¶ Illud autem non prætermittendum in hac tractatione duximus, quòd tunc cùm ceſſat priuilegium ceſſante cauſa priuilegii,requiritur ſentētia reſciſſoria, vt ſentire videtur Bald.in.d.c.decet,in addit. Ioa. And. & ibi expreſsè Philip. Fran. qui & ad id dicit facere gl.ibi,in illis verbis,propria authoritate,& quod no.in.l,quæro.§. inter locatorem.ff.loca.& in.c.cùm ſecundum,de hæret. lib.6. Id quod ex eo pendet,quod latè tractauimus in repe.l. ſi vnquam,in verbo,reuertatur,num.398. incipit,quinquageſimū cúm pœna, & multis ſequentibus. *Cùm ceſſat priuilegiū cauſa illius ceſſante requiritur ſententia reſciſſoria.*

214 ¶ PRODIGALITATE ceſſante ceſſat & id quod ob eam decretum eſt.verbi gra *Prodigalitate ceſſāte,*

*ceſſat quod ob eam decretum eſt.* tia, prodigo datus eſt curator, ſi is deſinat eſſe prodigus, ceſſat ipſa curatio, de quo nos latè diximus ſuprà in interdictionis cauſa ceſſante, vt videre ibi poteris, nam id tantùm hîc apponere volui, quò te eius loci admonerem.

215 *Prohibitionis cauſa ceſſante, ceſſat prohibitio.* ¶ PROHIBITIONIS cauſa ceſſante ceſſat prohibitio. l. 1. & ibi Bal. col. 2. verſi. nota quòd ceſſat. C. ſi rector prouin. & c. & ſi Chriſtus, & ibi Bald. col. 2. verſi. dicit glo. quòd ceſſante, & Anto. in 1. no. de iureiurã. & c. non debet, ver. cùm ergo prohibitiones, de conſanguinit. & affinita. & §. his omnibus, & c. neophytus, quod cõfeſtim ſequitur, & ibi glo. in verbo, cauſa, Archid. Domi. & Card. Alex. 61. diſt. & c. in literis, 7. q. 2. And. Iſer. in rub. quæ ſunt regal. colu. 3. verſi. hæc pedagia, & ibi poſt eum Matth. Affli. col. vl. paulò ante fi. vbi dicunt quòd ceſſante cauſa prohibitionis, finitur authoritas ſtatuti per. l. quod ait, §. ait lex, ff. de repud. et. l. vbi lex. §. interdũ, ff. de vſucap. & l. 2. C. qui ad liber. pertie. non poſſ. & alia iura, & per noſtram regulam quòd ceſſante cauſa ceſſat effectus. & quia etiam, vt ſubdit And. cùm cauſa reducitur ad non cauſam, perinde eſt ac ſi à

principio

principio cauſa non fuiſſet,l.1. in fi. ff. de cond.ſine cau.

216 ¶ Et illud idem de ceſſante cauſa prohibitionis voluit Bal. cõ.54.ſtatuto cauetur, in fi.lib.2.vbi dicit id vſqueadeò procedere, vt propter ceſſationem cauſæ prohibitionis, videatur induci diſpẽſatio,per tex. quem dicit no.in.d.§.his omnibus, & . c. ſeq.Et bene etiam facit quod ſcribit gloſſ. in.c.quia ſancta,§.verũ,in verbo, deſtruxit.63.diſtinctio. *De eadẽ re.*

217 ¶ PROMISSIONIS cauſa ceſſante, ceſſare debet promiſſio,c.2.& ibi Anto.in.1. no . per eum tex. de cuſtod. euchariſt . & Rom.con.417.in propoſito caſu,co.1.poſt prin.& rurſus col.2.verſic.quartò conſiderandum,per.l.1.§.vlti.cum.l.ſeq.ff.de excuſa.tutor.&.l.qui tutelam,in princ.ff.de teſta.tute.&.l.etiam ſi partis,ff.de lega.1.&. l.ſi legatarius,C.de lega.&.l,forma. §. illã, ff.de cenſib.&.l.2.C.de alluuio.& ex hoc dicit,quòd deficiẽte caſtro propter quod cenſus erat promiſſus,deficiat & promiſſio. *Promiſſionis cauſa ceſſante, ceſſat promiſſio.* *Caſtro deficiẽte deficit cenſus ob id debitus.*

218 ¶ Ad quod proximè accedit quod diximꝰ ſuprà in priuilegij cauſa deficiẽte, nu. 205.incipien.nam glo.in.c. Et quòd etiam

*Obligatiões intelligi, rebus ſic ſtantibus. Et iuramẽta. Et cætera omnia.*

ſolemus dicere promiſsiones, obligationes, iuramenta, & reliquos actus noſtros intelligi rebus ſic ſtantibus, atque in eodẽ ſtatu manentibus, vt latè diximus & probauimus tam noſtrorum authoritate, quã philoſophorum, aliâs ſuorum promiſſorũ vel ad ſuperſtitionẽ tenaciſſimorũ, in repe.l.ſi vnquam, in pręfa.num. 166. incip. præterea iuramentum, & tribus ſeq. C. de reuocan. donatio.

R

219 ¶ RECVSATIONIS cauſa ceſsãte, ceſſat recuſatio, vt ex eo patet quod ſcribit Specul. tit. de iud. deleg. §. ſupereſt videre, ver. quid ſi ſit ſocius, quòd licèt ſocius durante ſocietate non poſſit dari iudex ſocio: & ſi detur, poſsit recuſari: tamen ea ſocietate finita poteſt eſſe iudex, nec vt ſuſpectus recuſari, ceſſante ſcilicet recuſationis cauſa. Et ſequitur Albe. in. l. cui eorum, §. affinitates, in fi. ff. de poſtulan. & in. l. affinitatis, C. com. de ſucceſsio. & Hippol. Marſi. in. l. etiam ſi redhibitus, col. 2. ver. vlteriùs hæc lex poteſt induci, ff. de quæſtio.

*Recuſationis cauſa ceſſante, ceſſat recuſatio.*

220 ¶ Atque etiam ex eo quod ab Alex. traditum eſt in. l. ex facto, in princ. col. 2. ver. item poteſt induci, ff. de vulg. & pupill. quòd

*Recuſatio eius qui in di*

quòd ſi iudex delegatus nomine dignitatis, recuſatus moriatur, ceſſat cauſa recuſationis, ita vt non ſit neceſſe ampliùs eligere arbitros, qui de recuſatione cognoſcãt, iuxta.c.cùm ſpeciali, de appellatio. ſed ſucceſſor cognoſcet de cauſa. Niſi tamen ille prior fuiſſet recuſatus nomine dignitatis, nam tunc cauſa recuſationis etiam in ſucceſſore duraret, Io. And. & Dom. in.c.ſi iudex ab apoſtolica, de offic. de leg. lib.6. Et facit ad hoc caput quod dicã infrà de ſuſpicionis cauſa ceſſante.

*gnitate eſt, expirat eo mortuo, & ſucceſſor cognoſcit.*

*Niſi ille fuiſſet recuſatus nomine dignitatis.*

221 ¶ REDHIBITIONIS cauſa ceſſante, ceſſat redhibitio. verbi gratia, quiſpiam emit rẽ vitioſam, ob idq; egit redhibitoria, ſed pendẽte iudicio vitiũ illud omnino ceſſauit, certè ceſſare debet ea actio redhibitoria, vt probatur ex.l.vlt.§.quoties, ſecũdum primum intellectũ, glo. in verbo, finiatur, & ibi Cepol. nu.2.ff. de ędilit. edic. & idem Cepola latè in.l.actioni, nu.5. & ſeq.ff. eod. tit. vbi inter cætera hac ratione innititur, quòd ceſſante cauſa ceſſat effectus.

*Redhibitionis cauſa ceſſante, ceſſat redhibitio.*

222 ¶ Verùm idem poſtea nu.11. credit quòd venditor debet in expenſis eius condemnari, donec ceſſauerit vitiũ. At ſi emptor

*An aũt venditor debeat condemnari in expenſis.*

poſtea

poſtea perſtiterit ſciens vitium ceſſaſſe, debet in alijs expenſis cōdemnari, quod probat ex continuatione duarum.ll. ſcilicet,l.properandum,§.ſin autem ex geſtis, C.de iudic. &.l. ſi quis inficiatus, & ibi Bar.ff.depoſi. Quod & ipſum in ſimili caſu voluit Bart.iiſdem.ll.in.l.ſi rem, §. vlti. ff.de pignora.actio. Sed tu interim vide quæ dixi ſuprà in actionis cauſa ceſsāte.

223 ¶RELIGIONIS cauſa ceſſante, ceſſat quod ob eam conceſſum eſt,per tex. in.l. qui ſub prætextu,& ibi omnes docto. C. de ſacroſ.eccleſ.&.c.abbate,in fi.de verbo. ſignifi.&.§.vlt.& ibi glo.in verbo,ceſſauerit.25.q.2.& voluit etiam glo.in.c. generaliter,in verbo,non denegantes,in fi.16.q. 1.Et vide quod diximus ſuprà in priuilegij cauſa ceſſante,nu. 205. incipien. nam gloſſ.in.c.

*Religionis cauſa ceſſante, ceſſat quod ob eam cōceſſum eſt*

224 ¶RENVNCIATIONIS cauſa ceſſante ceſſat renunciatio. vt nuncupatim voluit Bal.con.437.quædam puella,col.2.verſic. in contrarium videtur veritas,lib.1. argu. l.his honoribus,§.auctis,ff.de vacat. muner.& Philip.Deci.qui ex hoc in pulchra ſpecie conſuluit,con.86.viſo pūcto & diligēter,col.4.verſi.quantū verò ad portionem

*Renūciationis cā ceſſante ceſſat renunciatio.*

nem hæreditatis.& Paul.Pariſ.conſi: 49° Calaſsino,col.7.nu.41.& duobus ſeq. lib. 3.Et huc quoque ſpectat, quod nos alibi diximus de filia renunciante hæreditati patris propter maſculos, vt ſi illi moriantur,& ita ceſſet cauſa renunciationis, nō impedietur ſuccedere patri, peræquè ac ſi non renūciaſſet. de quo & tu vide quæ ſcripſim⁹ ſuprà in excluſiōis cauſa ceſsāte.

225 ¶ REPETITIONIS cauſa ceſſante ceſſat repetitio, vt liquidò conſtat ex. l. ſi ob turpem, vbi id verbis conceptis expendit ex eo tex. Bal. in priore lectu. paulò ante fi.ff.de condictio.ob turp.cauſ. *Repetitionis cauſa ceſſante, ceſſat repetitio.*

226 ¶ RESCRIPTI cauſa ceſſante, ceſſat & reſcriptum vt ex facto interrogatus reſpondit Paul.Pariſ.con.169.& ſi conſiderata diſpoſitione, col.3.verſi.poſtremò nō obſtabit, lib.4.innixus hac noſtra generali regula, ceſſante cauſa ceſſare effectū, ibi autem loquitur de reſcripto quopiam Iulij ſecundi, quo iubebat inquiri in quoſdā delinquentes nō obſtāte curſu quinquēnij ob cauſam illic declaratam, quæ nō ſuberat in caſu de quo loquitur. Et ante eum voluit idē Alex. poſt alios in. l. ex facto, in prin.co.3.ver.extra gl.opp.ff.de vul.& pupil. *Reſcripti cā ceſſante, ceſſat reſcriptum.*

pupil.ſubſti.

227 ¶RESTITVTIONIS cauſa ceſsãte, ceſſare debet reſtitutio, vt videre licet ex Dy. Bal. Angel. & Roma. in. l. ſi conſtante, ff. ſolu. matrimo. loquẽtibus de reſtitutione dotis ob inopiam mariti, de quo tamen videas quæ latè de hoc ſcribam, infrà, in. 14. limitatio.

*Reſtitutiõis cauſa ceſſante ceſſat reſtitutio.*

228 ¶REVOCANDI DOMVM ius ceſſat, ceſsãte illius cauſa, legatione finita, l. ſi cui §. 1. ff. ex quib. cauſ. maior. & l. 2. §. planè ſi perfecta, ff. de iudici. & voluit Imo. in. c. licèt, quod eſt vltimum, in verbo, per alia, de for. competen. & Socin. in tracta. Fallent. in regula. 162. incip. domum reuocandi priuilegium, in. 4. fallen. Et facit quod in ſimili ſcribitur in. l. miles, & l. qui mittuntur, §. vlt. ff. ex quib. cauſ. maior.

*Reuocãdi domum ius ceſſat, ceſſante illius cauſa.*

229 ¶REVOCATIONIS cauſa ceſſante, ceſſat reuocatio, Bal. loquens de reuocatione donationis inofficioſę, vt ea ſcilicet ceſſet, ſi pater poſt donationes tantum quæſiuit, quantũ ſufficit ad legitimam, in. l. 1. col. 2. ver. tertiò ſic, poſt glo. ibi in. 8. quęſt. C. de inoff. donat. arg. l. 1. §. ſi quis in fraudem, ff. ſi quid in frau. patro. Et idẽ quoq; voluit Angelus in authen. de immenſ. donatio. col.

*Reuocatiõis cauſa ceſſante, ceſſat reuocatio.*

col.vlt. & Albe. loquens de reuocatione, quæ ſit ex.l. ſi vnquam , col.2. vbi ad hoc allegat , l.poſt diuortium, ff.de iure doti, vbi dos diuortio reuocata redintegratur redintegrato matrimonio. Et facit.l. 3. §. vlt.iūcta.l.ſeq.ff.de adi. lega. vbi legatum reuocatum ob inimicitias , redintegratur ſolutis inimicitijs,de quo & nos diximus ſuprà in legati cauſa ceſſante.

S

230 ¶ SALVICONDVCTVS cauſa ceſſante,ceſſat ſaluuſconductus,vt ex facto conſuluit Imo.conſi. 33. in caſu præmiſſo videretur prima facie,ſtatim poſt prin.motus hac noſtra regula,ceſſante cauſa , &c. quod poſtea declarat,procedere in cauſa finali,ſed non impulſiua, de quo nos dicemus in.1.limitat.Et huc pertinet quod ſtatim dicemus in ſeq.verſic.

*Saluiconductus cauſa ceſſante,ceſſat ipſe ſaluuſcōductus*

231 ¶ SECVRITATIS conceſſæ cauſa ceſſante , ceſſat ipſa ſecuritatis conceſsio , vt in pulchro caſu etiam reſpondit Cornel. con.122.cuius exordiū eſt, viſo dicto puncto & præſuppoſito , haud multò ante fi. lib.4.hac tantū noſtra regula fretus,quòd ſante cauſa ceſſat effectus.Quod& ſpectat ad caſum præcedentem.

*Securitatis cauſa ceſſante, ceſſat illius cōceſsio.*

232 ¶ SENTENTIAE cauſſa ceſſante, ceſſat & ipſius ſententiæ effectus.l. ſi à te. ff. de exceptio.vbi & id no.Soc.in.1.no.nã vt dicit,videmus ex eo tex.quòd ceſſante cauſa abſolutionis ceſſat abſolutio,vt etiã probatur ex.l.2.&.l.ſi mater,§.eandem, eo ti. de quo & nos diximus ſuprà in abſolutionis cauſa ceſſante.

*Sentẽtiæ cã ceſſante ceſſat eius effectus.*

233 ¶ SOCIETATE ceſſante, ceſſat & omnis effectus ſocietatis , vt ex eo patet quod ſuprà diximus in recuſationis cauſa ceſſante,in princip.quòd recuſatio quę poterat proponi contra ſocium aduerſarij,ceſſat deſinente ea ſocietate , vt ibi videre poteris.

*Societate ceſſante, ceſſat eius effectus*

234 ¶ SPECIALITATIS cauſa ceſſante,ceſſat ſpecialitas, & ad ius commune redeundum eſt , ita nuncupatim voluerunt Ioa. Monach.in.c.1.in verbo,è veſtigio, & ibi Archi.col.2.in verbo,reuerſura,Io.And. col.1.in eodem verbo,& Petr.Ancha.col. 2.in.6.no. de ſtatu monachor.lib. 6. per. l. ex facto,ff.de vul.& pupil.&. l. generaliter,C.de epiſcop.& cleric.Et dicit præterea Petr.Ancha.ad hoc optimè facere gl. in.c.cupientes,§.inſuper,verſic. & nihilo minus,de electio.

*Specialitatis cã ceſſante,ceſſat ſpecialitas.*

¶ Statuti

235 ¶ STATVTI ceſſante cauſa vel ratione ceſſat ſtatutum, vt expreſsim voluit Paul. Pariſ.con.98.circa præſentem conſultationem,col.6.ver.& etiam quia inter, ſub numer.30. lib.1.in qua re nõ opus eſt hîc diutius immorari,cùm eam latiſsimè tractauerimus ſuprà in legis ratione ceſſante: & aliquid etiam diximus in conſtitutionis atque conſuetudinis cauſa ceſſante,in quibus locis videre poteris.

*Statuti cauſa,vel ratione ceſſante, ceſſat ſtatutum.*

236 ¶ SVBSTITVTIONIS cauſa ceſſante, ceſſat & ipſa ſubſtitutio,vt probat text.in l.ſi ita quis,ff.de vulg.& pupil. ſubſtit. & l.vlt.C.de inſtit.& ſubſtitutio.&.l. penul. C.de impub.& alijs ſubſtitutio.Atque ita voluit illis iuribus innixus Signo. conſil. 254.ex viſione ſcripturarum,col.1. Et bene facit quod ſuprà diximus in inſtitutionis cauſa ceſſante.

*Subſtitutionis cauſa ceſſante, ceſſat ſubſtitutio.*

237 ¶ SVSPENSIONIS cauſa ceſſante,& ea quoque,& effectus illius ceſſare debet,ex ſententĩa gl.in.c.quia diligẽtia,in fi.de electio.quę ex eo tex.no.quòd ſuſpẽſi ſuſpẽſione ceſſante omnia priſtina iura recuperãt, per eũ tex.& in c.beatus,3.q.4.&.c.1. 4.q.1.&. c. illi qui , 6.q.1.&.c.nos ſanctorum,15.q.6.&.capit.præceptum , in fi. 32. q.5.

*Suſpenſionis cauſa ceſſante, ceſſat ſuſpenſio.*

q.5. Et ſcribit famã quoque reſtitui, ſi infamia tãtùm canonica fuerit irrogata, arg. c. illi qui, 6. q. 1. Et facit quod diximus ſuprà nu. 60. incip. ſed & per illum, & rurſum nu. 97. incip. excommunicatione ceſſante.

238 *Suſpicionis cauſa ceſſante, ceſſat ſuſpicio.* ¶ SVSPICIONIS cauſa ceſſante ceſſat ſuſpicio, tex. eſt in vulgari illo. c. cùm ceſſante, & ibi Bal. in. 1. no. de appellatio. Ex quo illud fit vt cùm caueatur in. l. 1. C. de ſalga. hoſpitib. non præbend. lib. 12. ne milites ſalgami nomine culcitras, lignum oleum à ſuis hoſpitibus extorqueant, ſed nec à volentibus quidem accipiant: ſemper enim, vt ibi dicit glo. quæ & alia ſimilia iura allegat, præſumitur quædam concuſſio, ſiue occaſio concutiendi ſub velamine donationis. Quid igitur ſi miles hoſpitatur in domo proximi cuiuſdam conſanguinei aut amici nõ vulgaris, an ei prohibeatur aliquid accipere ab huiuſmodi hoſpite ſpõte ei offerẽte? quod videri poſſet, cùm lex generaliter loquatur. Tamen Io. Platea ibi contrarium definiuit, quia ceſſat ratio illius ſuſpicionis, & præſumptæ concuſſionis, ideo debet ceſſare eius effectus, & diſpoſitio illius. l. per. l. adigere, §.

re, §.quãuis. ff.de iure patrona. Et de hoc dicit eſſe tex.in.l.1.in fi.ff.ad leg.Iul.repetund. vbi ſcribitur eam leg. repetũdarum non pertinere ad ea quæ à ſobrinis & cognatis dantur:nam vt dicit gl.ibi,ratio ſanguinis tollit eam ſuſpicionem. & illum text.dicit pulchrum Maria.Socin.Iunior conſi.38. in caſu præmiſſo,col.2.nu.9. lib. 2.Et facit etiam quod diximus ſuprà in recuſationis cauſa ceſſante.

T

239 ¶ TESTIMONII refutandi(ita enim Cicero pro Fonteio vocat, quod nos vulgò dicimus reproche)huius igitur refutationis teſtium ceſſante cauſa,ceſſat & hæc refutatio, vt ſatis patet ex his quæ diximus ſuprà in affinitatis cauſa ceſſante, nu.28. incipien.ex quo ipſe Bald.& iterum in famulitio ceſſante,&quę in ſimili diximus de recuſatione iudicũ,ſuprà in recuſationis cauſa ceſſante,hæc enim à pari procedũt,niſi quòd faciliùs recuſamus iudices, quàm teſtes,vt no.in.c.inſinuante, de offic.& poteſt.iud.deleg.cum ſimilib.

*Refutare teſtes.*

*Teſtimonij refutandi cauſa ceſſante ceſſat refutatio.*

240 ¶ Sed his quæ in illis locis diximus,poteris addere quod huc quoque pertinet, quòd licèt iudex non poſsit eſſe teſtis in

*Iudex teſtis eſſe non poteſt in cau-*

*ſa in qua iudex eſt.* cauſa in qua iudex eſt, vt no.in.c.ſtatutũ, 2.q.6.& in.c.cùm à nobis, de teſtib.depo *Niſi depoſito officio.* ſito tamen officio iudicis teſtificari poſſunt, c.cùm dilectus, de electio.&.c.2.de arbitr.&.c.dilecto, de teſtib.&. c. cùm dilecti, & ibi Hoſti.col.3.in verbo, reſponſionem, Ioan.Andr.col.2.in glo.ſimile, Car. Flor.col.quoque.2. in. 2. oppoſitio. Petr. Anchar.in.7.not.Panor.col.2. verſi.nota quòd inquiſitores, de accuſat.& omnes in d.c.cùm à nobis, de teſtib.

V

241 *Voluntatis teſtatoris ceſſante cauſa, ceſſat voluntas.* ¶VOLVNTATIS teſtatoris cauſa ceſſãte, ceſſat & voluntas & eius diſpoſitio, vt voluit Car.Rui.con.160.circa primũ quęſitũ, col.4 ver.quantũ autem ad legatũ, li. 4.&ante eũ Bal.in.l.1.in addi.ff.de offi.ei⁹ cui manda.eſt iuriſdi.per. l. quod ait lex. ff.de diuor.Quod &optimè ex eo probatur quod diximus ſuprà in inſtitutionis cauſa ceſſante, item in legati cauſa ceſſante. Atq, itẽ ex tex.in.l.1.§.vl. ff. de adimẽ. legat.vbi legata & fideicommiſſa cenſentur adempta ob graues inimicitias quę inter teſtatorem & legatarium interceſſerunt, ob ſcilicet præſumptã ipſius teſtatoris mutatam voluntatem, vt dicit ibi gloſ.

&

& doctor.& eſt ſimilis tex.in.l.inimicitię ff.de his quib. vt indig. vbi etiam ſcribitur idem eſſe, ſi legatarius vel fidei commiſſarius teſtatori palam maledixerit, & infauſtas voces aduerſus eum iactauerit. Nam & ſic(vt ibi dicit glo.)veriſimile eſt teſtatorem nolle ei legatum vel fideicommiſſum præſtari. Ceſſāte igitur(vt id quoque addam)cauſa volūtatis teſtatoris, qui veriſimiliter non ſine cauſa, ſed ob meritum & beneuolentiam legauit.l.nec adiecit.ff.pro ſocio, Conſequēs eſt vt legatum quoque ex ceſſante illa cauſa ceſſet, de quo & nos alibi ſuprà diximus.

242 ¶ VOTI cauſa ceſſante ceſſat votum, vt ſatis apertè colligitur ex ſcriptis à Panor. in.c.magnæ,col.2.in vltimo.t.extrà de voto,dum poſtquam ex eo tex. notauit ceſſante cauſa voti nō ceſſare votum, ſubiunxit id ideo ibi eſſe,quoniam illa eſſet cauſa impulſiua,qua ceſſante,non ceſſat effectus,vt latè ſtatim dicemus in.l.ſi matatio. citatque etiam text.quem dicit menti tenendum,in.c.ex parte tua, ibi, quamuis falſa ſit cauſa, de conuerſ.coniugat. vbi etiam.gl.Card.Flor.in.20.oppoſit.Anto.& ipſe Panor.intelligūt de cauſa impulſiua. *Voti cauſa ceſſante,ceſſat votum.*

Et ex illis intelligis quomodo & quando procedat. Vide tamen quæ dicam infrà in 39. limitatio.

## LIMITATIONES QVAS VOCANT.

MVLTA igitur diximus, vt probaremus cōfirmaremuſq; noſtrā hanc regulam, ceſſante cauſa ceſſat effectus. Verum quia nō eſt ſemper perpetua, ſed recipit multas limitationes, quas noſtri interpretes appellant.

## LIMITATIO PRIMA.

*Regula noſtra procedit in cauſa finali, non etiā in impulſiua.*

1 ¶ LIMITA IGITVR PRIMO hanc regulam procedere in cauſa finali ſiue ratiocinatiuā, quam Græci *logikim actiam* appellant, non etiam in impulſiua, quam & ipſi Græci vocant *oraitikim actiam*, per tex in l. 2. §. vl. & ibi not. glo. Barto. & alij, ff. de donati. & l. 1. §. ſexum, & ibi etiam glo. Bart. & cæteri, ff. de poſtulan. & l. ſed & ſi mors, §. vltim. ff. de donationibus inter virum

virum & vxor. &. l. generali, §. diuus, ff. de vſu & vſufruct.lega. &. l. cùm tale, ff. de condit.& demonſtra.& §. 1. in authen. de non eligend.ſecund.nubent. & cap.ex parte,le.1.& ibi glo.in verbo, cauſa,& Panor.col.vlt.de conuer. coniugat. &.c. magnæ,& ibi Panor.col.2.verſi. vltimò not. de voto,& cap.neophytus, & ibi gloſſ.in verbo,cauſa,ad fi.& Card.Flor. 61. diſtin. & cap. ſi propter, & ibi idem Cardina. 7. q.1. & cap.duæ ſunt,& ibi glo.& Archid. 19.q.2.& cap.tantum,32 q.7.

2 ¶ Et voluerūt præterea glo.in.l.1.in verbo, occupati, & ibi Bald. in vtraq; lectura,ff.de feri.& glo.in.l.ſi pecuniā,in prin. in glo.magna,ff.de cond.ob cauſ. & in.l.ſi repetendi,C. eo.ti.& in.l. ſi mulier, & ibi Cy.Bal.& alii.C.de iure dot.& in.l.generaliter, in glo. vlt.& ibi omnes,C.de epiſcop.& cle.& in.l.1.in verbo,abſentiū, ff. de negot. geſt. & in.l.1.in glo.magna,in.ſ. oppoſitio.C.de pact.& in.§.illis autem,in verbo,adiuuātur. Inſtit. de milita.teſta.& in.c.& ſi Chriſtus,in verbo,ceſſat effectus, & ibi omnes,de iureiurā.& in.c.poſt tranſlationē,in verbo, ceſſante, & ibi Hoſtiē. in verbo,impedimento.Io.And.col.4.ſu- *De eadē re.*

per ea glo. Collec. Bald. Card. Flo. Anton. Panor. & quotquot ſuper eo. c. ſcripſerũt, de renunciat. & gloſſ. in. c. ex parte tua, in verbo, falſa ſit cauſa, & ibi Hoſtien. Card. Flo. Petr. Anch. & Panor. de cõuerſi. coniugat. & in. c. cupientes, in prin. in verbo, periculoſis, & ibi Ioã. Mona. col. 2. nu. 4. Archid. in. d. verbo, periculoſis, Io. And. & Domi. de electio. lib. 6. & glo. in. c. decet cõceſſum. in gl. 1. & ibi Dyn. col. 1. ver. & in propoſito, & Philip. Franc. col. item. 1. de regu. iur. lib. 6. & gloſſ. in. c. quod pro neceſsitate. 1. q. 1. & in. c. duæ ſunt, in verbo, propter crimino ſos. 19. q. 2.

3 De eadẽ re. ¶ Et vltra eas gloſſ. & qui eas ſecuti ſunt Ioan. Monac. in cap. vlt. col. vlt. in verbo, ceſſante, & ibi quoque Ioan. And. in eod. verbo, de hęreti. lib. 6. Specul. tit. de diſputatione & allegatione aduoca. §. poſt hoc autem, ver. vel illud ſtatutum fuit ex cauſa, & tit. de inſtru. editio. §. nunc autem vidẽdum, verſi. item fuit ob cauſam. Collecta. in. d. c. cùm ceſſante, in princ. & ibi Panor. etiã in prin. de appellat. Guil. de mõte laud. in clem. 1. in verbo, quia fortè, de appellatio. Feder. Senen. conſi. 4. incip. teſtator in vltima voluntate. Barto. in. l. in omni,

omni,ff.de adoptio.& in.l. demonſtratio.
§. quod autem,col. vlt.in.8.quæſtio.ff. de
condi. & demonſtratio. & idem Barto.in
extrauagāt.ad reprimendū,in verbo, ab-
ſentia, in princip. Bald.in.l.1.col.4.verſi.
item an ceſſatio.ff.ſolu.matri. & in. l. vlt.
in.1.oppoſitio.ff.de hæred.inſtit. & in re-
petit.l.2.col.27.verſi.de tertio igitur,ibi,ſi
cōſideretur tertio modo.ff.de iureiur. Ná
cauſa (ait) impulſiua non eſt ſubſtātialis,
ideo non dependet ab ea effectus, nec ali-
quid operatur , niſi ad bene eſſe, & in. c.
quēadmodum,col.2.verſi. nota tacitas cō-
ditiones,extrà eo.ti. Alberi.in.l.ſi vnquā,
col.2.verſi.in contrarium. C.de reuocand.
donatio. Angel.in.l.ſciendum, la.2. ff. de
ædilit.edic.& cō.124. viſis prædictis, col.
2. verſi.& pro hac parte. Imo. in. l. ſi ve-
rò,§.de viro,col.2. ver.circa ſecundum ar-
ticulum, ff.ſolut. matrim. & in.l. vlt. col.
2.verſi.& nota diligenter,ff.de hæred. in-
ſtituend.& in clem.2.col.3.verſi.nam ſtan
te declaratione,de reſcrip.& in cle.1.col.3.
ſuper glo.in verbo,fortè,de appellatio.&
conſi.33.in caſu præmiſſo,col.2. verſi. nec
habet obſtare. Panormi.in ſuperſcriptio-
ne procœmij decretal.colum.penult.verſi.

deinde primò quæritur. & in. c. ex parte tua, col. vlt. de conuerſ. coniugat. & in. c. cũ infirmitas, col. 1. de pœni. & remiſſ. Paul. Caſt. con. 314. ſuper eo quod quæritur, facit dubiũ, col. 2. ver. nec obſtat, lib. 1. Alex. & Iacob à S. Geor. vterq; col. 1. C. de edic. diui Adria. tollẽ. Fely. in. c. cùm nuncius, col. 1. de teſtib. Iaſon con. 63. circa primũ, col. 5. verſi. tertiò principaliter, in fi. lib. 3. Matt. Afſli. in cõſtitutione Sicil. incipiẽ. in locis demanii, col. 4. verſi. ſed ſuper. d. l. & Philip. Dec. in. c. quoniã abbas, col. 6. verſi. ſed reſpõderi poteſt, de offic. deleg. Fran. Rip. in. l. ex facto, col. 3. ſub nu. 14. ff. de vulg. & pupillar. & noſtri doc. ſæpe.

4 ¶ Nec noſtri tantùm in hac fuêre ſententia, ſed & theologi, ex quibus eſt Adrianus Florentinus theologus certè præſtantiſsimus, & qui noſtra memoria, virtute & doctrina aſcitus eſt in ſummũ põtificẽ, in iis quæſtionibus, quas doctè & ſanctè ſcripſit in. 4. lib. ſententiarum, in materia reſtitutionis, in ea quæſtio. cuius initium eſt, conſequenter quæro, vtrùm indiſtinctè, in ſolutione eius quæſtionis, ex quo intelligis, & hoc procedere in foro, quod conſcientiæ vocamus.

*De eadẽ re ex theologis*

¶ Huius

5 ¶ Huius autem limitationis cauſam aſſe runt noſtri, quoniã cauſa ea propriè dicitur, quæ finalis eſt: impulſiua autẽ cauſa, abuſiua et impropria eſt, Cy. in. l. generaliter, in 1. oppo. C. de epiſ. et cle. et ibi quoq; Bal. col. 2. in. 2. oppoſi. vbi & præterea dicit authoritate Ariſtotelis, quòd cauſa finalis eſt cauſa aliarũ cauſarũ, cuius locum nõ deſignat, ſed eſt ex lib. 2. Phyſicorũ, & idẽ Bal. in rub. C. de inſtitu. & ſubſtit. col. 1. verſic. cauſa verò eſt, per. l. Titio centũ, in princip. ff. de conditio. & demõſtra. & l. demonſtratio, eo. titu. & l. 2. §. vlti. ff. de donatio. & rurſus ipſe Bald. in. d. cap. poſt translationẽ, col. 2. ver. quæro, vtrùm ceſſante, ibi, dicit Io. And. in nouella, de renũcia. & Soci. in. d. l. demõſtratio, §. quod autẽ, col. 1, in. 2. not. vbi tamen dicit authoritate illius tex. appellatione cauſæ vtrãq; venire, & finalem, & impulſiuam. *Cauſa ea propriè eſt qua finalis eſt. Cauſa finalis eſt cauſa aliarũ cauſarum.*

6 ¶ Alibi idem Bald. in. l. eam quam, col. 1. verſi. venio ad no. C. de fideicõmiſſ. dicit quòd cauſa finalis eſt fons cauſarũ, quod ex eo reaſſumit Barba. conſi. 30. ſacro ſcriptum eſt, colum. penult. verſic. præterea facit ad prædicta, lib. 2. & idẽ Bal. & poſt cum Matth. Afflict. in cap. 1. ad fi. titu. an *Cauſa finalis eſt fons cauſarum.*

mut.

*Cauſa finalis ſubſtãtia dicitur.* *Et forma.* *Cauſa finalis eſt primũ principium intentionis.*

mut. vel aliâs imperfect. dicit, quòd cauſa finalis ſubſtantia appellatur, per gloſſam in.l. iuris gentium,§.quod ferè, ff. de pact. Et alibi forma, vt dicit nota. in.§. item ſi quis poſtulante, Inſtitu.de actio. Sed & idem Baldus in lege, auia, colum. vltima. C. de iure doti. dicit, quòd cauſa finalis eſt primum principium intentionis, licet ſit vltimũ executionis. & con. 340.& præmitto quòd iſtud ius, colum.1. lib.3.dicit quod ſuprà diximus,cauſam impulſiuã nõ propiè cauſam eſſe, ſed quoddam motiuum ad diſponendum vel contrahendum.

*Cauſa finalis optima.* *Præcipua ac potẽtiſsima Cauſa finalis ignorata facit & cæteras ignorari.*

7 ¶ Ex aliis autẽ philoſophis, Timæus Locrenſis Pythagoricus cauſam finalẽ apud ſapientes optimam arbitratur habendam. Proclus quoq; in cõmentariis in Alcibiadem Platonis, hãc primam præcipuámq; cauſarum atque potẽtiſsimã eſſe dicit: huius enim gratia & efficientes faciunt, & quæ fiunt, efficiuntur. Ideóque ignorantiam cauſæ finalis circa rem quamlibet efficere, vt cæteræ cauſæ ad eandem pertinentes ſimiliter ignorentur.

*Arg. ex*

8 ¶ Quæ cùm ita ſint, ideo ſubtilis ille doctor (ita enim plerique appellãt.) Matth.

Matheſilla.

Matheſilla.in ſuo tractatu Extenſionum, colum. 2. dicit quòd ex ratione finali tantùm poteſt argumentum elici, vel extenſio, non etiam ex impulſiua, per tex. in authen. hæc conſtitu. inno. circa mediũ, & per. no. per Ioan. And. in nouella, & alios poſt glo. in. c. 1. in verbo, Italiæ, de tempo. ordinatio. li. 6. Et id ex eo reaſſumit & ſequitur Iaſ. in authẽ. quas actiões, co. 4. ver ſic. puto tamẽ diſputatiõis gratia, & iterũ co. 7. ver. tertiò limita. C. de ſacroſ. eccleſ. *cauſa finali ſumitur, nõ etiã ex impulſiua.*

9 ¶ Et id nuncupatim de argumento à contrario ſenſu, vt ſcilicet ſumi non poſſit ex cauſa impulſiua, ſed finali tantùm, voluerunt Petr. Cyn. Iacob. Butrig. Bald. & Salyc. in. l. conuenticulam, C. de epiſco. & cleric. & Anto. in cap. publicato, colũ. vltim. de electio. & in. c. cùm apoſtolica, colum. vlti. verſicu. item nec à verbis modalibus, de his quæ fiunt à præla. ſiue cõſen. capitu. Dom. in. c. imperatores, verſic. quicũque. 9. diſtinctio. Pau. Caſt. in. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſta. Alex. & Iaſon in. l. 1. ille col. 11. verſi. tertiò fallit, & iterum verſicu. quintò fallit: hic col. 10. in. 6. fallen. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſdict. Fely. in. c. ſignificaſti, col. pe. verſi. itẽ *De cadẽre.*

fallit,

fallit, in verbis cauſæ impulſiuæ, de for. competen. Nicol. Eucrald. in locis legalibus, in loco à contrario ſenſu, col. 2. & rurſus col. 10. verſi. dicta regula.

10 ¶ Et huc quoque proximè accedit, quòd id quod ſuprà diximus in ceſsāte ratione legis, nu. 127. incip. ex quo & illud conſequens, correcta ratione legis, legem quoq; ipſam correctā cenſeri, procedit in ratione ſiue cauſa finali, non etiam in impulſiua, vt videre poteris ex Eueraldo in illo eodem opere, in loco à ratione legis ampla ſiue generali, ad extenſionem ipſius legis, col. eiuſdem loci. 2. verſi. primo caſu.

*Quod dicitur correcta ratione legis legē eſſe correcta, intelligitur de ratione finali.*

11 ¶ Hæc tamen prima limitatio intelligēda eſt & declaranda, nō procedere in reſcriptis ad beneficia, in quibus ſubreptio vitiat, non ſolùm quando fuit cauſa inductiua & finalis reſcripti, ſed etiam ſi fuit tātùm cauſa impulſiua: vt quia papa aliâs & ſine cauſa conceſsiſſet, ſed non tam faciliter ſiue leuiter, tex. habes egregium in . c. poſtulaſti, in illis verbis, de leui non ſcribimus, de reſcrip. vbi & hoc no. Imol. qui dicit diligenter notandum, in. 4. no. & Panor. col. 3. in vlt. no. vbi item illū dicit ſingularem, & ſemper menti tenendum, &

*Cauſæ impulſiuæ ceſſatio in reſcriptis ad beneficia, vitiat.*

Fely.

Fely.col.3.verſic.per iſtũ tex.& Philipp. Dec.in.c.cum ceſſante,col.1.de appellatio. vbi & in hanc ſententiam allegat Oldrad. con.256.Clemens epiſcopus,in. 1. dubio, qui tamen non admodum huc pertinere videtur. & nouiſsimè Nicol. Eueraldus, vbi ſuprà,col.10.verſic.hoc tamen limito, vbi & eum tex.dicit ſingul. Qui quidem omnes propemodum id eſſe dicunt in odium materię beneficialis, ad refrenandã ſcilicet ambitionem,arg.c.quãuis,de prębend.lib.6.

12 ¶ Sunt tamen qui eum tex. generaliter intelligunt,nõ ſolũ in beneficialibus, ſed & in cæteris omnibus gratioſis & priuilegijs. Et ita eum tex.intelligit Panor. in. c.conſtitutus,colum.2.verſi.itẽ nota quòd non omnia,de religioſ.domibus.Barb. loquens in materia legitimationis, cõſil.49. clementiſsimum deum & patrem,colum. 3.verſi.rurſus opportunè,lib.4. vbi & ad hoc illum tex.dicit ſingularem & meliorẽ de iure.& rurſum conſi.55.clementiſsimũ & omnipotentem,colum.1.eod.lib.4. vbi & illum dicit ſingul.& expreſsiorem quã qui ſit alibi.& Corne. qui itẽ loquitur in legitimatione,con. 245. licèt aliâs conſuluerim,

*Et in cæteris omnibus gratioſis & priuilegijs.*

*Vt in legitimatione.*

luerim, colum. 1. in fi. lib. 1. vbi etiam dicit ſingul. & con. 227. videtur prima facie, col. 3. verſic. non enim attenditur, libr. 2. vbi etiam dicit illum tex. procedere in gratioſis reſcriptis ad lites, & ita allegari per doctor. in. c. ſuper literis, de reſcrip. & idem quoque Corne. con. 98. quanquam videatur, col. 2. verſic. ſolùm autem videndum, lib. 3. vbi item dicit ſingul. & Alexan. loquens in remiſsione banni con. 114. ponderatis his quæ narrantur, colum. 2. verſic. plus probat tex. lib. 1. vbi & illum tex. dicit reputari ſingul. & Fran. Ripa in. l. ex facto, colum. 3. nume. 15. ff. de vulg. & pupil. ſubſtitutio.

*Etiã in gratioſis reſcriptis ad lites.*

*Et in remiſſione banni.*

13 ¶ Nec id quidem abs re, quando aliâs in materia ſubreptionis æquiparãtur literę beneficiales, & priuilegia & aliæ literæ gratioſæ, Imol. vt à multis citatur, in. c. cũ dilecta, de reſcript. Panor. qui id dicit notandum, in. c. ad audientiam, le. 2. col. penul. verſic. mihi tamen non placet, & ibi latè Fely. qui multos alios concordan. adducit, col. penul. verſi. amplia ſecundò hãc regulam, eo titu. de reſcript. & idem Fely. in. c. ſuper literis, col. 3. verſi. ſed caue quia intentio, eo. quoque titul.

*Subreptio æquè vitiat literas beneficiales & gratioſas, & priuilegia.*

¶ Et

14 ¶ Et ſi id verum eſt (vt certè verum eſt) neſcio quid nobis emolumenti afferet id quod ſcripſit Bal. in additio. Ioan. Andr. in c. decet, de regul. iuris lib. 6. & ibi etiã Philipp. Franc. qui id dicit not. colum. 1. verſic. & dicit hîc, quòd in gratijs & priuilegijs in dubio omnis cauſa præſumitur impulſiua, vt dicunt noſtri in l. 2. §. vlt. ff. de donatio. Nam ſi in hiſce gratijs & priuilegijs ceſſante cauſa impulſiua ceſſat effectus ęquè ac ceſſante cauſa finali, nihil eſt quod inquirẽdum ſit an cauſa ſit, ſiue pręſumatur finalis an impulſiua.

*Cauſa quælibet præſumitur impulſiua in gratijs & priuilegijs.*

15 ¶ Sunt & denique, qui eum text. in d. c. poſtulaſti, trahũt ſimpliciter ad reſcripta, & inter cæteros Cardi. Floren. in d. ipſo. c. col. 1. in 8. not. ad hoc dicit eum tex. ſingu. & mirabilem, & ibi quoque Barb. col. 3. verſicu. nota ibi, de leui. & ipſe Panor. in c. cæterùm, col. 1. verſic. ex quo infertur, de reſcript. Alexan. aut quiſquis is eſt, in additio. Bar. in l. demonſtratio. §. quod autẽ, in verbo, longa differentia, ff. de conditio. & demonſtra. & Iaſon. in l. 1. col. 1. verſic. ſed pro limitatione. C. ſi cõtra ius, vel vtilit. public. vbi & ad hoc allegat Panor. in c. ex quęſtione, col. 1. verſi. ego puto, quod de qua-

*Cauſæ impulſiuæ ceſſatio vitiat in omnibus reſcriptis.*

de qualibet, de reſtit. ſpoliator. vbi ipſe hoc idem tenet, non tamen per tex. in. d. c. propoſuiſti, ſed per. c. ex literis, de dol. & contumac. & c. in noſtra, de reſcript. & tamen poſtea dicit hoc relinqui arbitrio iudicis. vt dicitur de qualibet ſubreptione in. c. ſuper literis, cum ibi nota. eo titu. de reſcrip. Subdit etiam Iaſon vbi ſuprà, ad id facere tex. in. c. ſi motu proprio, in verbo, modicum, de præben. lib. 6. & in. cap. ſi proponente, extrà de reſcrip.

*Id tamẽ arbitrariũ eſt.*

*Subreptio an vitiet, eſt arbitrariũ.*

16 ¶ Sed Philipp. Dec. ſubtilis atque acuti vir ingenij, in. d. c. poſtula. in. 4. no. dicit illud conſiderandum, quòd ſi ſublata cauſa impulſiua trahatur gratia ad aliũ caſum non expreſſum, id certè verum eſt, quòd ceſſante ea cauſa impulſiua, quæ limitat gratiam in vno caſu, non haberet locũ in alio, per cap. ſuſceptum, de reſcriptis li. 6. ſed ſi ceſſante cauſa impulſiua remaneret gratia in eodem ſtatu, non videretur (inquit) quòd gratia vitietur propter defectũ cauſæ impulſiuæ, quia ſufficit quòd papa quouiſmodo fuiſſet conceſſurus, vt dicit probari in cap. dudum, ibi, nihilominus gratioſè donaremus, eo. ti. de præbend. li. 6. Ideo ſatis eſt, quòd gratia non retraxiſſet pa-

*Declaratio præcedentium.*

ſet papam à conceſſione. Hæc ille, quê ſequitur Paul. Pariſ. con. 4. deduxi aliâs optimum ius, col. pen. num. 35. & quamuis, libr. 4.

17 ¶ Nec obſtat (ait Dec.) vt ad eum redeamꝰ, tex. in. d. c. poſtulaſti, quia ibi erat defectus in cauſa finali, nec ibi papa vllo modo veriſimiliter conceſsiſſet literas pro ſecundo beneficio, cùm primum erat ſufficiens, vt patet ex illis verbis ibi poſitis, pro habente beneficij competentis ſubſidium, de leui non ſcribimus, id eſt nõ ſolemus ſcribere, quin faciamus mentionẽ de primo. & ſic infert Dec. illud ibi, nõ id probari, ad quod ſolet à noſtris Doctoribus allegari. *De eadẽ re.*

18 ¶ Tamen ſi hæc prima declaratio vera ſit, vt veram eſſe exiſtimo, cũ eo temperamẽto, vt ſemper ſit locus arbitrio iudicis, vt ſuprà diximus. Tamen eam intellige, vt procedat, ſi cauſa impulſiua iam à principio non fuit reperta eſſe vera, ita enim loquitur text. in. d. c. poſtulaſti: ſecus autẽ ſi à principio ſuberat, ſed poſtea ceſſauit: tunc enim nõ vitiabitur gratia. vt expreſſim voluit Franc. Rip. in. d. l. ex facto, colum. 3. nume. 15. ff. de vulg. & pupill. vbi *Quid ſi cauſa impulſiua in gratiis vera erat à principio, ſed poſtea ceſſauit.*

tamen nihil allegat. Sed vide quæ dicam inferius in quarta limita. atque etiam in. 12. limitatione.

19 *Quid ſi ſtatuens aliter non ſtatuiſſet, quàm ſi cauſa impulſiua locum haberet.*

¶ Secundò declara hanc primam limitationem, quæ dicit noſtram regulam nõ habere locum in cauſa impulſiua, vt nõ procedat, quando ſtatuens aut aliter diſponẽs non aliâs ſtatuiſſet, aut diſpoſuiſſet, quàm ſi cauſa illa impulſiua locum habuiſſet, vt voluit Bal. in. l. & ſi poſt tres, ff. ſi quis cautio. vti illum refert & ſequitur Alexã. aut quiſquis is fuit, in additio. Bar. in. l. 2. §. vl. ſuper verbo, cauſa legis, ff. de donatio. & Ioan, Franc. Ozer. in. §. ſupradicta, colum. penulti. nume. 19. Inſtitutio. de excuſat. tutor. qui hoc caſu dicit eam cauſam cenſeri non impulſiuam, ſed finalem. Quomodo autem id cognoſcatur, an aliâs ſcilicet fuiſſet, necne facturus, non video: niſi ex verbis legis ſtatuti & conceſsionis id deprehendi poſsit.

20 *Cauſa impulſiua facit vt faciliùs conceedatur diſpẽſatio.*

¶ Tertiò declara hanc limitationem, vt licèt ceſſatio cauſæ impulſiue non faciat ceſſare effectum, facit tamen vt faciliùs cõcedatur diſpenſatio, vt ſingulariter nota. Panor. in cap. magnæ, colum. 2. in vlti. no. de voto, per illum tex. vbi papa inductus

fuit

fuit ad concedendam diſpenſationem, & vt text. ille loquitur indulgentiam, propter ceſſationem cauſæ impulſiuæ ipſius voti, & id dicit Panor. eſſe no. & menti tenendum. Et hoc idem voluit ipſe Panor. per illum tex. in. c. ex parte tua, col. vltim. de conuerſio. coniugator. & hoc certè à paucis annotatum eſt.

21 ¶ Cæterũ in hac prima limitatione, hæc nobis ſunt præcipuè obſeruanda, quę ſcilicet dicatur cauſa finalis, quæ impulſiua: & ſi id non appareat, qualis in eo dubio iudicanda ſit, finalis ne, an impulſiua. De quibus ſunt multæ de hac re ſẽtẽtiæ, quas hîc ſigillatim ſubijciemus. Accurſ. in l. cũ tale, §. falſam cauſam, ff. de cond. & demõſtra. non obſcurè voluit omnẽ cauſam appoſitam in lege præſumi finalem, veluti ipſi legi cohærentem. & ita illã intelligit, & ſequitur Bal. ibi, aliud dicẽs eſſe ex eadem gl. cùm apponitur ab homine. & Cy. in. l. 1. ff. ſolu. matrimo. & ibi quoque Bal. col. 5. verſicu. item an ceſſatio. Angel. qui eam gloſſ. dicit ſingul. in. l. ſciendum, la. 2. & ibi Cepola, colum. 1. ff. de ædilit. edict. & Cardi. Florenti. & Imol. in cap. ex parte, quod eſt penult. vterque ad final. de

*Cauſa an finalis, an impulſiua in dubio ſit cẽſenda.*

*Qui dicunt præſumi finalem cum in lege poſita eſt, vide infra num. 29.*

cleric.coniug.Alexa.& Iacob.à S. Geor. qui dicunt illam gloſſ.ſingul.in.l. vltima. vterque,colũ.1.C.de edic.diui Adria.tollen.Philipp.Franc. qui & illam dicit ſingul.in.c.quoniam,verſi. in glo. in verbo, eccleſiaſticũ, de immunita.eccleſiar. Car. Alexan.in.c.verum,colum. ſecunda verſicu.itẽ vbicunque lex exprimit cauſam, de condi.appoſi.vbi illam gloſſ.dicit notab.Sed tu ſuper intellectu illius gloſſ.vide quod dicit Bar.in loco à nobis citato, infrà nume. 41. incipient. ſed audiamus quid de ea re.

22 *Aliorũ opinio.* ¶ At Speculat.titu.de diſputat.&allegatio.§.poſt hoc autem,verſicu.vel illud ſtatutum fuit,dicit quòd cauſa finalis eſt, cũ conſtitutio ob fauorem inducta eſt, vt in fauorem condemnati ſtatutum eſt,vt poſſit à grauamine appellare, & hac ceſſante cauſa grauaminis ceſſat lex,cap. cùm ceſſante,de appellatio.& cap.magnæ,de voto.Cauſa verò impulſiua eſt cùm in odiũ alicuius aliquid ſtatuitur,vt propter garrulitatem Calphurniæ ſtatutũ eſt,ne mulieres poſtulẽt, l.1.§.ſexum,ff.de poſtulã. & propter fugitiuos & criminoſos ſtatutum eſt,ne clerici ſine literis dimiſſorijs

reci-

recipiantur,§.1.&c.Affros.98. diſtinctio. qua cauſa ceſſante,non tamen ceſſat diſpoſitio. Hęc ille,quem ſequitur Fely.in.c.poſtulaſti,colum,3.verſic.per iſtum text. de reſcript.Sed hæc mihi videntur eſſe ſatis obſcura,nec mihi ſatisfaciunt ad plenam huius materiæ notitiam.

¶ Bald.autem in multis locis de ea re di- *Et aliorum.*
23 uerſimodè loquitur,ita tamē vt in pleriſque conueniat.nam in.l.1.§.ſi parendi, ff. de cōdictio.cauſ.dat.refert(inquit)an cau. ponatur conditionaliter,an cauſaliter. Si primum,habetur pro cauſa finali, l. à Titio,ff.de verborum obligationi. &.l. demonſtratio.§.quòd autem,ff.de conditio. & demonſtra.Si ſecundū,& refert, an per modum cauſæ de præterito,an de futuro: ſi primum,iterū refert,an apponatur cauſa à ſciente eam non eſſe veram,& præſumitur impulſiua,l.diuortio,ff. de verbor. obligatio.&.l.campanus, de oper. libertor. An ab errante, & tūc aut eſt error cauſæ obligationis, & præſumitur finalis: Aut cauſæ nō obligationis,quia & ſi cauſa eſſet vera,non reſultaret verum debitū, & tunc præſumitur impulſiua,vt nota.in. l.damus,ff.de condictio.indeb. Et id qui-

dem verum eſt in contractibus. At ſi in vltima voluntate cauſa apponitur, non præſumitur finalis, etiamſi exiſtens vera induceret verũ debitum, quia vltima voluntas tendit ad lucrum, l. Aurelius. §. vlt. ff. de liber. lega. & argu. l. hæredẽ, ff. mãda. Et iſtud quoque poſtremum voluit idem Bald. in d. l. iuriſgentium, §. ſed cum nulla, poſt medium, ff. de pact.

24 Eiuſd. Bal. ¶ Sed vt ad eundem reuertamur, in d. §. ſi parundi, poſt ea quæ ſupra ex eo diximus, continuò hæc ſubiũgit. Vel dic quòd in d. l. Aurelius. §. vltim. non conſtabat de errore teſtatoris. Si enim conſtaret, non valeret legatum, l. ſi pater, C. de hæred. inſtit. l. cum quam. C. de fideicommiſſ. Et ſubdit confeſtim, ſed in illis. ll. error remouebat affectionem legantis, arg. l. tale pactum, §. vlt. ff. de pact. Sed quod error obſtet, probatur in. l. nõ idcirco, C. de iur. & fact. ignorã. & l. ex his verbis, C. de teſt. milit. & quę not. in. l. ſi dom⁹, ff. de lega. 1. Et iſta eſt ratio, quare nõ valet legatũ cũ effectu, ſi teſtator legat ius ſuũ, quod morte ipſius teſtatoris finitur: q̃a videtur errãter putaſſe ſe poſſe legare, l. Sticho, ff. de vſufru. legat. et l. vxor patrui, C. de legat. Et poteſt ibi

teſt ibi

teſt ibi eſſe alia ratio, quia finito iure datu ris, finitur ius acceptoris, l. peto, §. prædi-um, ff. de lega. 2. & l. minor, §. vlt. ff. de pe-ricu. & com. rei vend. & l. ſi quis domum, ff. loca. & c. vlti. extra ne pręla. vices ſuas. Si autem cauſa apponatur per modū cau-ſę de futuro: refert, an inſit vni partium tā-tùm, & preſumitur impulſiua, l. repeten-di, C. de condi. ob cauſ. An vtrique: & rur-ſum refert, an tradens ſciat cauſam impoſ-ſibilem, & prçſumitur impulſiua, l. 2. ff. eo. tit. de condict. ob cauſ. & arg. l. ab admini-ſtratione, C. de legat. An verò credat poſ-ſibilem, & tunc aut cauſa continet incer-tum re & genere, puta ſpecies remunera-tionis, & præſumitur impulſiua, nec ex ea veſtitur obligatio, l. quanquam, ff. de cō dictio. ob cauſ. & arg. l. ſalarium. C. manda. & eſt tunc quędam informis obligatio ad antidora, nec eſt proprie obligatio, quia naſcitur ex cauſa impulſiua, l. ſed & ſi lege §. conſuluit, ff. de petit. hæredita. Nec ob-ſtat, l. ſi non ſortem, §. libertus, ff. de condi ctio. indeb. quia ibi obligatio ad antidora eſt firmata ex diſpoſitione legali ad ope-ras reuerentiales Ideo ſecus in alijs ope-ris, videlicet fabrilibus, in quibus non

eſt formata obligatio. Aut cauſa continet quippiam certum, & tunc aut concernit vtilitatem tradētis, & præſumitur finalis, vt in. d. §. ſi parēdi: aut ipſius pietatem, & idē quia ipſa pietas habetur pro cauſa im mediata & finali, l. ſi ego, ff. de iure dot. & l. cùm is, §. in ea, ff. de condictio. indeb. Aut ſolius recipientis, & præſumitur im pulſiua, l. Titio, ff. de cond. & demonſtra. nam tunc videtur potiùs conſilium quàm mandatum, arg. l. 1. ff. manda. & l. generali, in princ. ff. vſufruct. lega. Aut terij commodum, & præſumitur finalis, l. Neſennius, ff. de excuſat. tutor. & l. ſi tibi homo, ff. de leg. 1. & l. ſi hæres, ff. de condict. ob cauſ. Sed & vbicunque modus vel forma traditur nudo executori, præſumitur finalis. In conditionibus verò etiam ſi nullus commodum ſentiat, tamen habet vim cauſæ finalis, l. Mæuius, ff. de condi. & demōſtr. Et paulò infrà, ſubiungit, hæc eſſe vera quando cauſa apponitur ab homine. Si verò cauſa à lege apponitur, præſumitur cauſa & ratio, & ipſa mēs legis iudicatur, vt no. in. l. cùm tale, §. pen. ff. de cond. & demonſtra. Niſi appareat quòd ſit impulſiua, vt quia cauſa ſit ſpecialis & conſtitu-

tio

tio generalis, vt in Sc. Macedonia. & ſi-
milibus.

25 ¶ Hæc ille latiùs quidem & copioſiùs
quàm in vllo alio loco, nec tamen cætera
eius loca de ea re relinquemus. Nam & in
l.ſenatorē, ff.de ſenator. illud ſimpliciter
dicit,quòd cauſa ſententiæ ſemper intelli
gitur eſſe diffinitiua, ſiue finalis, licèt in
contractibus & vltimis voluntatibus prę-
ſumatur impulſiua,per.l.cùm enim, ff.de
ſuſpec.tutor.&.l.qui cum vno,§.1.ff.de re
milit.&.d.l.Aurelius.§.vlt.ff.de liber.leg.
& nihil prætereà dicit.

*Eiuſd. Bal.*

*Cauſa ſentē tiæ ſemper præſumitur finalis.*

¶ Idē in.l.damus,ff.de condictio. indeb.
26 ſcribit cauſam cōceptam de præterito eſſe
impulſiuam:de futuro,finalem.verbi gra-
tia, do tibi quia geſsiſti negotia mea im-
pulſiua eſt,& ceſſat repetitio. Si autem do
tibi quia hęres,finalis eſt,& repetitur cau
ſa non ſecuta. Fallit primùm quando quis
non erat aliâs daturus, quia tunc dicitur
cauſa finalis,l.vlt.ff.de hæred. inſtituend.
Item fallit,ſi quando cauſa eſſet vera, im-
portaret verum debitum,tunc enim eſt fi
nalis,vt in toto illo tit. de cōdictio.indeb.
ſecundum Plac.& Iac.Aret.ſubiūgitque
id quod dixerat de futuro,intelligendum

*Eiuſdē Bal.*

*Cauſa de præterito eſt impulſiua.*

*Cauſa de futuro eſt finalis. vide tamen mox poſtea.*

*Quid ſi non erat aliâs facturus.*

*Quid ſi cauſa importat verum debitum.* eſſe quando eius impletio reſpicit cōmodum tradentis vel tertij: ſecus ſi ſolius recipientis: nam tunc præſumitur impulſiua, l. Titio centum, ff. de conditio. & demonſtratio. ſecundum Petr.

27 ¶ Idem Bald. in l. & ſi poſt tres, in 1. lectura, col. 2. verſicu. cauſa autem, ff. ſi quis cautio. tradit Iaco. Rauen. fuiſſe in ea opinione, vt vera cauſa ſit ea, quæ eſt fundamentum & principium ſui effectus, l. 2. §. circa, ff. de exceptio. dol. & d. l. damus, ff. de condictio. indebit. in qua quidem cauſa datur talis regula, quôd aut ſi vera eſſet, importaret verum debitum, & tunc præſumitur finalis, aliâs impulſiua. Subdit tamen ipſe Bald. hāc eſſe ſuam opinionem, quòd aut cauſa profertur à ſciente, & non præſumitur finalis, l. ſed & ſi quis, §. vlt. eo illo titu. ſi quis cautio. & d. l. ſi diuortio, de verbor. obligatio. Aut ab errante, & tunc aut eſt de ſubſtantia obligationis, & præſumitur finalis, vt not. in dicto. §. circa. Aut non eſt de ſubſtantia obligationis, ſed facit ad bene eſſe, vt ipſe loquitur, & tunc regulariter præſumitur impulſiua, l. 2. §. vlti. ff. de donatio.

*Eiuſdē Bal.*

28 ¶ Idem in l. 1. col. pe. ver. adde quòd illa

cauſa,

causa,ff..ſolut. matrimo. dicit eam cauſam præſumi eſſe finalem, quæ per ſe infert in quemlibet effectum incluſum ſub diſpoſitione illius: aliâs autẽ ſi id non faciat præſumi impulſiuã, per no.in.c. ſtatutum, de hæreti. lib. 6. & illum refert & ſequitur Corne.conſi.35. ſemper mihi viſa fuit dubia, col.2. ſub litera, A. lib.3.& iterũ con. 253. ardua eſt, colum.3.ſub litera, B.lib.4. Sed id quidem obſcurũ eſt, niſi intelligas ſecundum ea quæ dicam poſtea num. 62. incip. tertium quòd cùm lex.

*Eiuſdẽ. Bal. Cauſa eſt finalis quæ per ſe infert in quẽlibet effectum.*

29 ¶ Idem in.l.cùm tale,§.falſam cauſam,ff. de condi.& demonſtra. ſumens occaſionẽ ex glo. ibi,& rurſum in.l.generaliter.col. 2. ver.ſed in dubio, C.de epiſcop. & cler. dicit quod cauſa quæ inſeritur in lege, pręſumitur eſſe finalis, per text.ibi: quæ autẽ ab homine, impulſiua, per.l.1. §. ſexum, ff. depoſtu. Quod & idẽ dicit ipſe Bal.in d.l. 2.§. vl.ff.de dona.in.id allegãs gl.quã dicit ſingu.in.d.§. falſam. & ipſe Bald.in addit. Specul.tit de diſputat.& allegat.aduocat. §.poſt hoc autem, verſic.vel illud ſtatutũ. vbi præterea allegat.d.l.2.§.vlti. ff.de donation. &.l. ſi is qui animo, ff. de acquir. poſſeſsio. ſed in illo priore loco, ſcilicet

*Eiuſdẽ.Bal. Cauſa à lege inſerta finalis eſſe præſumitur Quæ ab homine, in pulſiua.*

*Cauſa finalis ſola cohærèt diſpoſitioni.*

in.d.§.falſam,ſubdit eam ſolam cauſam cohærere diſpoſitioni, quæ eſt finalis, per.l. Titio centũ,§.ante nuptias,eo tit. de condi.& demo.&.d.l.vlt.ff.de hære.inſtit,dici autẽ cohærere, quando non poſſunt ab inuicem ſeparari,nec vnum ſine altero.

*Cauſa à contrahentibus vel teſtatore appoſita cenſetur impulſiua.*

*A lege vel principe,finalis.*

30 ¶ Ab hac autem Bal. ſententia nõ longè abeſt quod tradit Oldra.cõ. 224. iſtæ ſunt allegationes. col.5. verſi.præterea quãdo cauſa quòd cauſa appoſita à contrahentibus vel à teſtatore cenſetur impulſiua,per d.§.falſam cauſam,&.d.l.2,§.vlti.de donatio.Sed à lege vel principe poſitam, cẽſeri finalẽ,per tex. quantum ad primum,in.l. adigere,§. quamuis.ff. de iure patron. & quantum ad ſecundum,in.l. penulti.C.de donat.inter vir. & vxo.quod & poſt eum reaſſumit Alberi. ind.l.generaliter.col.2. C. de epiſcop.& cleri.

*Ad Bal.redit.*

*Cauſa de præterito anſit finalis an impulſiua.*

31 ¶ Idem Bal.in.l.ſi repetẽdi, verſi. quæro nunquid cauſa. C. de cõdict. ob cauſ.Aut loqueris, inquit, in cauſa de præterito, & tũc ſi ea ſit huiuſmodi,quæ ſi vera eſſet,induceret verum debitũ,& præſumitur finalis.Aut non id faceret,& præſumitur impulſiua,per,d.l.damus,de cõdict. indebit. Aut verò loqueris in cauſa de futuro, &

tunc

tunc aut in contractibus qui habent in ſe cauſæ relationem, vt in quatuor contractibus innominatis poſitis in. l. naturalis, ff. de præſcript. verb. & tunc cauſa præſumitur finalis, l. 1. in fi. ff. de rer. diuiſio. Aut in contractibus, qui non habent in ſe relationem, vt in contractu donationis legato, libertate, & tũc in dubio cauſa præſumitur impulſiua, niſi contineat intereſſe illius, qui cauſam apponit, l. 2. §. vlt. ff. de donati. vel niſi ſit de eſſentia actus, id eſt, vt ea circumſcripta, actus non ſubſiſteret, l. ſed ſi maritus, §. vlt. ff. de donat. inter vir. & vx. vel niſi ex ea augeretur effectus, l. ſi quis pro redemptione. C. de donat. *Cauſa item de futuro.*

32 ¶ Idẽ in. l. 1. col. 1. ver. item poni poſſunt in vim, C. quãdo nõ petẽt. part. ſcribit breuiter cauſam finalẽ illam intelligendã eſſe qua poſita in eſſe, ponitur quoque in eſſe volũtas diſponẽtis, & ea ceſſante ceſſat cõſenſus, per. l. vl. ff. de hæred. inſti. ſubdítq; confeſtim cauſam ſiue rationẽ eſſe duplicem, nam quandã influere effectum, quandam remouere ipſum effectũ, id eſt, obicem, ſiue obſtaculũ, & alia quædã ſubiungit quæ huc nõ admodũ pertinent. Sed & quæ priùs dixerat, multùm obſcura ſunt. *Eiuſdẽ Bal.*

¶ Idem

33 *Eiuſd. Bal.* ¶ Idem in.l. eam quam, col.2. verſic.venio ad no. C.de fideicom.dicit,quòd cauſa finalis ea præſumitur quæ ſecundum iuris rationem debet eſſe finalis,per tex.ibi, & in. l. ſi pater, C. de hæred.inſtit. vel vt ipſe ibi ſubdit,quæ aſsignatur à diſponente loco finalis cauſæ, per. l. cùm pater, §. dulciſsimis,ff. de leg.2. & no. in. d. l. ſi is qui animo,ff.de acq.poſſeſsio. Et ita cũ ſequitur Barb. cõ.19. ſacro ſcriptũ eſt euãgelio,col.pe.ver. præterea facit ad prędicta, li.2.Sed id non minùs obſcurũ:neq; enim declarat quæ cauſa debet eſſe finalis ſecũdũ iuris rationẽ,nec quæ pro tali aſsignari cenſeatur,niſi id expreſsè diceretur.

34 *Eiuſdem.* *Cauſa finalis eſt, ex cuius radice oritur obligatio.* ¶ Idem in.l.1.verſi.quæro quomodo cognoſcimus,C.de fal.cau. adiec.lega.ſcribit eam cauſam finalem exiſtimari in contractibus, ex cuius radice oritur obligatio, per.d.l. damus, ff.de condictio.indeb.In legato autẽ eam dici finalem, quando ceſſante cauſa ceſſat titulus legati, vt in legato pro dote vel ſepultura, l. filio. §. matri ſuæ,ff. de adimend. lega. &. §.hoc ſi præſenti, in authẽ.de ſanctiſſ. epiſcop. Et hoc quidem eſt multò obſcurius.

35 *Eiuſdem.* ¶ Idem in.l.1.col.1.ver.& ſi tu quæris,C. de

de confeſs. dicit, quòd ſi ſit aliquid quod implet vel veſtit cõtractũ, tunc ratio præſumitur finalis, per l. cũ enim, ff. de nouatio. At ſi nihil ſit quod illum impleat aut veſtiat, præſumitur impulſiua. Et hoc quidem, inquit, vbi eſt error, ſed quãdo fit ex certa ſcientia, ſemper præſumitur impulſiua, per. d. l. ſi diuortio, ff. de verbo. oblig. Niſi tamen in mutuo, & cætera quæ ſequuntur, quæ de induſtria omittimus veluti nihil ad hunc locum pertinentia.

36 ¶ Idem in. c. quemadmodum, col. 2. verſi. porrò cauſa finalis, extra de iureiur. dicit eam cauſam eſſe finalẽ, quæ cùm vera eſt, imponit ex neceſsitate impulſiuã liberalitatẽ, per. l. Titio centũ, in prin. ff. de cõ. & demõ. Sed & idem con. 440. & præmitto quòd iſtud ius, col. 2. ver. pone omnis cauſa, lib. 3. dicit omnẽ cauſam eſſe finalẽ, & è diuerſo impulſiuam, etiã ſi aliâs finalis eſſet, ſi id diſponentes voluerint, vt ſemper aliâs pactum regit contractus, l. 1. §. ſi conuenit, ff. depoſ. Quod & idem propemodum dicit in. l. falſam, ſtatim poſt princ. ibi, no. quòd etiam, C. ſi ex falſ. inſtrumen. *Eiuſdem.*

37 ¶ In qua etiam opinione ſunt, qui dicũt ſimpliciter cauſam dici finalẽ, cùm diſponens *De eadẽ re.*

nens non erat aliâs facturus: impulſiuam, cùm erat aliâs facturus. inter quos eſt Ioa. Monach. in. c. cupiẽtes. col. 2. nu. 4. de reſcrip. lib. 6. Collec. in. c. poſt tranſlationẽ. col. 1. verſi. ſed quam cauſam, de renuncia. Imo. in. c. poſt tranſlationẽ, colu. 6. nu. 42. de renunciat. & alii plurimi. Sed id nobis inutilę eſt, niſi & illud ſciamus, quãdo diſponẽs non erat vel erat aliâs facturus. Et certè minimè id dubiũ, cùm diſponens id expreſsè declarat, vt dicit Alberi. in. d. l. generaliter, col. 2. ver. eſt etiam quarta. C. de epiſc. & cler. Aliâs autem ſi id ſcire velis, adi Bart. in. l. demonſtratio, §. quod autem, col. 3. ff. de cond. & demonſtra.

38 *Ex aliis.* ¶ Sed vt redeamus, Cy. & Sali. in. d. l. generaliter, C. de epiſco. & cler. aliter de hac re loquũtur, Ille enim poſt Pet. in. 2. quæſtio. dicit breuiter cauſam finalẽ eſſe propter quam immediatè aliquid conceditur: impulſiuam, quę occaſionẽ remotam præſtat. quod admodum obſcurũ eſt, niſi refe ras ad id quod dicemus inferiùs in. 13. limita. nu. 8. ſunt & qui dicunt. & in. 20. limita. poſt princ. Saly autem ibi, ante fi. dicit, quòd ſi ad actus validitatem eſt neceſſaria cauſę expreſsio, præſumitur cauſa fina lis,

lis,per.d.l.ſed & ſi mors.§.vlti.cum.l.ſeq. ff.de donat.inter vir. & vxor. &.l. quod adipiſcendæ eod.tit. Aliâs impulſiua per. d.l. Titio,in prin.ff.de cond.& demonſt. Sed & id Oedipo indiget.

39 ❡ Idem Cy.in.l.ſi quis pro redẽptione. C.de donat.aut cauſa,inquit, continet aliquid fauorabile vel pium, & præſumitur finalis.l. ſi ego, in princip. ff. de iure dot. aut nihil tale,& tunc aut intereſt alterius quàm donatarij.& præſumitur finalis.l. ſi tibi legatũ.ff.de legat.3. Aut non intereſt, niſi eiuſdem donatarij,& præſumitur impulſiua.l.2.§.vlt.&.l. ſeq.ff.de donat. Ipſe quoq; Salic.in.l.conuentiolã,col. 1. ver.ſed tunc quæro. C.de epiſc.& cler.dicit quòd ea cauſa cenſetur finalis, cuius ſenſus non eſt contrarius iuri communi. Aliâs impulſiua,& dubitationis cauſa tantùm adiecta. l. ſi quis patrem. C.de condi.inſert. *De eadẽ re.*

40 ❡ Verùm idẽ Salyc.latiùs proſecutus eſt in.l.ſi pecuniam,in princip.col.vlt. verſi. nunc ad declarationem, ff. de condict. ob cauſ.Si,inquit,cauſa appoſita cõcernit præteritum,& tunc dicendũ eſt, vt no. docto. in.l.ſi damus. ff.de condictio. indeb.Si futurum, tunc aut exprimitur per modum *De eadẽ re.*

 conditionis,

conditionis,& dicitur finalis,l.2.§. vlt. ff. de donatio.& no.glo.vlti.in.l. ſi militem, C.de condi.ob cau. niſi in certis quibuſdã caſibus no.in.l.1.C.de inſti.& ſubſti. Aut exprimitur in vim modi, & tũc aut cauſa reſpicit cõmodum dantis, & dicitur finalis,l.Titio,in princ.&. l.quibus diebus.§. vl.ff.de cõd.& demõſt.Et ideo in quatuor cõtractibus innominatis mutuã correlatione habentibus cauſa finalis iudicatur, l.1. ad fi.ff. de rer. permuta.&.l. naturalis.§.1. ff.de præſcrip.verb. Et idẽ ſi cõmodũ tertij cõcernit.l.proximè allegata.&.l.libèrto,§. Lucius,ff. de annuis lega. &.l.ſi tibi purè.ff.lega.3. Aut cõmodũ recipiẽtis tantũ.& tũc aut expreſsio illius cauſæ requiritur neceſſariò ad ſubſtantiã actus qui geritur et iudicatur finalis.l.ſed ſi mors,inſi. &.l.ſeq.&.l.quod adipiſcẽdæ,ff.de dona. inter vir. & vxor. Aut non eſt neceſſaria, & tunc iudicatur impulſiua. l. 3. §. ſi quis quaſi,verſi.quanquã,ff.de cõdict.ob cauſ. &.d.l.Titio.1.reſpõ.ff.de cõdi.& demõſt. niſi ſi cauſa ob quam datur,eſt fauorabilis & pia, tunc enim præſumitur finalis. l. ſi quis pro redẽptione.C.de donatio.&.l. ſi ego. ff. de iure dotium. Hæc ille.

Sed

41 ¶ Sed audiamus quid de ea re dicũt, Bar. *De eadẽ re.*
Imo.& Rom.in.d.l.2.§. vlt.ff.de dona. Il-
le primũ dicit, quòd vbicũq; datur ob cau
ſam fauorabilẽ vel piã, cauſa finalis præſu
mitur, vt ſi quis tibi donat vt nubas, vel vt
redimas captiuos, per.l. ſi ego, in princ.ff.
de iure dot. et.l. ſi quis pro redẽptione. C.
de donatio. Poſtea autẽ dicit, quod eſt cõ-
ditio, modus, & cauſa, & quod hæc tria aſ-
ſumũtur vt cauſa in hac materia. Aut igi-
tur cauſa apponitur per modũ cõditionis,
& tũc haud dubiè illa cõditio eſt cauſa fi-
nalis, & illa ceſſante ceſſat diſpoſitio.l.ce-
dere diẽ, de verb.ſigni.&.l. qui hæredi, in
fi.ff.de condi.& demonſt. fallit in caſibus
no.in.l.1.C.de inſtitutio.& ſubſtit. & per
glo.& Cyn.atque etiam Dyn. in.c.impu-
tari, de regulis iuris, lib.6.&.l.in teſtamen
to, ff.de conditio.& demonſtratio. Quan-
doque cauſa ſumitur pro modo, vt in toto
tit.de condict.ob cauſ.& in omnibus con-
tractibus innominatis, do vt facias, & cæ-
teris. Et aut modus iſte ſiue cauſa reſpicit
vtilitatẽ alterius quã eius cui datur, vt do
tibi centũ, vt emas fundũ Titio, tũc præſu
mitur finalis, d.l. Titio, in fi.de conditi.&
demonſt.&.l. quibus diebus, in.fi. eo. tit.

&.l.ſi tibi purè,ff.de leg.3. Quãdoque reſpicit cõmodũ eius cui datur,&tũc aut ad ſubſtantiam actus requiritur cauſa de neceſsitate, & tunc præſumitur finalis, d.l. ſed ſi mors,§.vlt.cum.l.ſeq.ff.de donat.inter vir.& vxo. Quandoque neceſſariò nõ requiritur, & tũc impulſiua præſumitur, per.l.Titio centũ,in.2.reſpon.de cond. & demõſ. niſi ille modus reſpiciat cauſam fauorabilẽ, per iura ſuprà in princ.allegata. Et ſubiũgit,quòd cùm quæritur,an ceſſante illa cauſa finali ceſſet effectus. Et in vltimis voluntatibus, inquit, ſi illa cauſa per modum modi adiecta ceſſat caſu fortuito, repeti non poteſt.l.ſi fundum,per fideicõmiſſum,§.1.ff.de lega.1.In contractibus autem ceſſante cauſa datur repititio,per.d.§.vl.& in toto tit.de cõd.ob cauſam.Tertiò, inquit, ſumitur cauſa propriè de præterito,vt.d.l. damus,de condict. indeb.&.l. ſi ita legatum,in fi.ff.de cõd.& demonſt. & tunc eſt quædam cauſa legis, & præſumitur finalis,l.cum tale.§.falſam,ff.eo. ti.niſi aliud expreſsè reperiatur,vt in.l.1.§.ſexũ, ff.de poſtulã.Et ita,inquit, dicitur cõmuniter,ſed verũ eſt quòd glo.in.d.§. falſam, nõ loquitur de cauſa ſed de ratione legis,
quæ

quæ ſi habet locũ,habet etiã locum obſeruantia ipſius legis,& de futuro eſt.l. cùm mulier.ff.ſolu.matri. Cauſa autem propriè eſt de præterito,quæ etiam ſi vera non ſit, non vitiatur diſpoſitio. per.d.§.ſexũ,quia illa impulſiua eſt. Hæc ille.

42 ¶ Imo.autẽ & Rom.in.d.l.2.§.vl.ſe omnino referunt ad Bar. ſed illud addunt ad id quod dixerat, cauſam præſumi finalem in his quę cõditionaliter proferũtur,vt procedat ſiue loquamur in contractu.l.1. ff.de donati.Siue in legato.§. lõgè magis. Inſti. de leg.&.l.qui hæredi.ff.de cõd.& demõ. Siue in legibus & ſtatutis,per no.à Cy.in l.conuẽticula.C.de epiſ.& cle. & ab omnibus in.l.generaliter,eo titu. Niſi vt ſubdit Imo. aliud appareat expreſsè vel ex coniecturis, quia ſic intelligendo reſultaret prauus vel obſcuris vel rei cõtrarius intellectus.l.2.cum ibi no.C. de cond. inſert. *De eadẽ re.*

43 ¶ Idem Bart.in extrauag. ad reprimendum, in verbo, ne ex eorum abſentia, ad fi.dicit,quòd cùm lex eſt declaratiua,eius finalis ratio colligi poteſt ex lege antiqua. quam hæc declarat, vt patet ex omnibus ferè legibus iuriſconſultorum,& maximè ex.l. ſed & ſi lege,§.item ſi rẽ, ff.de petit. hæred. *De eadẽ re.*

hæred. &. l. ſtipulatio iſta, §. alteri. ff. de verbo.obliga. & illa, inquit, propriè dicitur ratio. Si verò eſt lex noui iuris inductiua, tũc ratio illius ex eadem colligitur, ſi ſit expreſſa, vel ex pręfatione eiuſdem, vt in.d.extrauag.& in.l. vlti. ff. de hæred. inſtituend.&.l.1.ff.ad Sc.Macedonia. Et iſta magis propriè appellatur cauſa finalis, quàm ratio.l.cùm pater, §. dulciſsimis, ff.de leg.1.&.l. illis libertis, ff.de cond.& demonſt.&.l.adigere, §. quiuis.ff. de iure patron. Et hac ceſſante ceſſat lex, vt dd. ll. vbi verò ratio non apparet, debemus ſtare propriæ ſignificationi verborum, l.1. §. ſi is qui nauem.ff.de exercit.actio.

44 ¶ Hæc Bar.cui Imo.in.d.l.2.§. vlt.col.1.
*De eadē re.* ver.item adde circa id, & ibi quoque poſt eum Rom.col.1.ver.& poteſt dubitari. ff. de dona.addunt, quòd hoc vltimo caſu, cũ ſcilicet non apparet de ratione, recurrendum eſt ad rationem naturalem, argum.c. quia ratio, de prebēd.&.c.conſuetudo, diſtinctio. 1.&.§.ſed naturalia. Inſti. de iure natu.gent.& ciuil. Et idē voluit ipſe Imo. in.c.poſt tranſlationem, colum.8.num.50. de renunciat. Panorm.in cap. ſuggeſtum, col.1, in.2.not. de appell. Iaco.à S.Georg.

in.l,

in.l.vlt.colum.1.C.de edic.diui.Adri.tol-
lend.vbi expreſsè, dicit quòd hæc ratio
naturalis præſumitur eſſe finalis, & vi-
de quæ dicam infrà, in hac eadem limi-
tatione,numc. 67. incipi. quintum quòd
ratio.

45 ¶ Nec omittemus quid de ea re ſcripſit *De eadẽ re.*
Pau.Caſtren.cõſi.314.ſuper eo quòd quę-
ritur facit dubium,in.1.dubio,ibi,nec ob-
ſtat,lib.1. quòd cauſa quæ mouet legiſla-
torem ex parte ante,ideſt, quæ illum im-
pulit ad ſic ſtatuendum, vt fuit improbi-
tas illius Calphurniæ, aut vt alij legunt,
Afraniæ:& illa quidem,niſi ſit in lege ex
preſſa,non dicitur finalis, ſed impulſiua,
l.prima.§.ſexum,ff.de poſtulando. Cauſa
autem propter quam mouetur legiſlator
ex parte poſt,id eſt,ꝓpter cuius finem
& effectum ſit,vt fuit in illo caſu verecun
dia ſexus muliebris in edicto Prætoris:&
illa cenſetur finalis,qualitercunque poſsit
apparere de ea,etiamſi nõ fuerit expreſſa.
Sed hæc manca ſunt & mutila, nec omni-
no ſatisfaciunt.

46 ¶ Alij autem dicunt eam cauſam eſſe fi-
nalẽ,quæ cohæret diſpoſitioni, aliâs im-
pulſiuã,ꝑ gl.in.l.demõſtratio,§.quod autẽ

& Bar.in. 3. quæſtio. & alibi ſæpe in eo. §.ff.de cond.& demon. Et id quoque expreſſè voluit Sali.in.l.1.ad fi.C.de fal.cau. adiec.leg.& Soci.con.159.hoc exordio, in præſenti conſultationis,col.6.verſi. cõfirmantur etiam prędicta,lib.2. Quando autem cauſa dicatur cohęrere diſpoſitioni vel non,declarat Salic in.d.l.1. & ibi quoque ante eum Bar.& idẽ Bar.in. d.§. quod autem,col.3.verſi.tertio modo.& Imo.in. l.vl.col.2.verſi.aduerte tamen.ff.de hęred. inſtit. Ange.Aret.in.§.ſi quis, Inſti. qui. mo.teſta.ĩfir. vti apud illos videre poteris.

*Quando cauſa dicitur cohæreredi-ſpoſitioni.*

47 ¶ Io.Monach.ante illos in.c.vl.col.vl.in verbo,ceſſante,& ibi poſt eum Ioã. And. in eodem verbo,de hæret.li.6.dicũt quòd in dubio pręſumitur cauſa impulſiua,per l.ſed ſi mors.ff.de doha.inter vir. & vxor. niſi factum eſſet indifferens ad impreſſionem huius vel illius cauſæ,vt tunc in dubio donans videatur potiùs dirigere in quem vſum conuertat donatarius rem donatã,quàm vt neceſſitatẽ ei imponat,aliâs non daturus,vt in.l.2.§.vl.ff.de donat.Sed vbi factum non eſt in differens, ſed limitatum ad vnum extremũ per ius ſcriptum vt in.d.c.vl.de hęret.cauſa ceſsãte quę fuit

*De eadẽ re. Qui in dubio dicunt cauſam præſumi impulſiuã,niſi factum eſt indifferens.*

cauſa

cauſa iuris communis mutandi, ceſſat ius ſpeciale,& reditur ad ius commune, cùm ſpeciale tollens ius commune, ſit ſublatū: Et idem voluit Collecta.in.c.cùm ceſſante,in princip.de appellat.

48 ¶ Sunt & qui ſimpliciter dicunt cauſam impulſiuam præſumi,& non finalem, in quibus eſt Accurſius noſter in.d.l.2.§.vlt. in glo.vlti.per.d.l.ſed ſi mors,§. vlt. ff. de donat.inter vir.& vxor.&.l.ſi Titio,in.1. reſpon.&.§.ſed cùm ante nuptias, circa fi. ff.de condi.& demonſtra.&.d.l.ſi mulier, C.de iure.dot.Niſi aliter fuerit expreſsū, per.d.l.ſi quis ex redemptione, §. vlt. ibi, nulla eis licentia danda, C.de donat.& gl. Dy.& Philip.Franc.in.c.decet, de reg.iuris,lib.6.vbi ad hoc præterea allegant. d. l.cùm tale,§.falſam cauſam,ff.de condi. & demonſt.Iacob.Are.prout illū refert Cy. in.l.1.colum.1.in.3.oppoſit.C. quę ſit lon. conſuetud.& Collect.in.c. poſt tranſlationem,colum.1.verſic. ſed quid ſi dubitatur, & ibi Cardi.Floren.in.§.cęterùm, colum. 3.verſic.quęro in eo quod ſuprà,de renunciа.vbi hanc dicit eſſe cõmunem opinionem. Paul.Caſtren.in.l.vlti. ff. de condic. ob cauſ.Angel.Are.in.§.illis autem,Inſti. de

*Qui ſimpliciter dicūt in dubio præſumi impulſiuam.*

de teſta.milit.vbi dicit illam gloſſ. ſuprà allegatam ad hoc eſſe ſingul. inſértque ex ea, quòd in dubio ceſſante cauſa non ceſſat effectus, & quòd qui vult dicere eam ceſſare ex ceſſatione cauſæ, debet probare eam fuiſſe finalem. & ibi quoque Ioan. Franc. Ozerius, col. 2. & Soci. qui idem dicit, conſi. 83. pro certo, ad fi. lib. 3.

49 *Qui contrà dicũt in dubio præſumi finalem.* ¶ Sunt qui contrà conſtanter affirmant, in dubio cauſam eſſe, & dici finalem, & inter eos Ioan. Andr. in. c. poſt renunciationem, colum. vltima. de renunciat. hac ratione motus, quia propria ſignificatio huius verbi, cauſam, denotat cauſam finalem. Impulſiua autem cauſa non eſt, ſed occaſio, per no. in. c. ſolitæ, de maiori. & obedien. & ita dicit vidiſſe ſe id in iudicijs defendi. Sed hæc ratio non placuit Imo. & Rom. in. d. l. 2. §. vltimo. illi quidẽ, colum. 2. verſicu. item adde ei, quia dicit: huic, colum. 1. verſicu. quoad ſecundum, ff. de donatio. vti apud eos videre poteris.

50 *Maximè ſi ſit expreſſa.* ¶ Sunt item qui in ea ſententia ſunt, vt ſi cauſa ſit expreſſa in diſpoſitione, ea ſemper præſumitur eſſe finalis, ita enim voluit Soci. doctor quidẽ celeberrimus, d. cõ.

83.cu-

83.cuius initium eſt,pro certo tex.eſt,colum.2.verſicu. ſed alia fit difficultas, lib. 3.per.l.3.& ibi no.ff.de hæred.inſtit. Sed tu hîc omnino vide quæ dicam inferius in.21. limitatio.

51 ¶ Nec deſunt qui in hoc dicunt inſpiciẽdam eſſe qualitatem perſonarum, vt ſecũdum ea n iudicemus cauſam eſſe finalem, aut impulſiuã,id eſt, vt præſumatur quis fuiſſe aut non fuiſſe facturus, ſecundum Bal.quid id dicit menti tenendum,in.l.cũ veterani,in.1.no.per eum tex.C. de dona. ante nupt.& deinde in vl.no.ex eo quoq; no.ex qualitate perſonarum aliquid præſumi.& ſequitur Matth. Afflict.in.c.1.col. 4.nu.103.tit.ex quib.cauſ.feud.amitt. Id ꝙ certè propè ꝑpetuũ eſt in omni materia vt ſcilicet ex q̃litate pſonarũ diſpoſitiões.q̃ſlibet metiamur,vt videre licet ex.l.plenũ, §.equitij.ff.de vſu & habitu.& ibi cõcord. *Perſonarũ qualitas facit præſumi cauſam finalem aut impulſiuam.*

52 ¶ Ex illis autẽ,quæ ſuprà diximus,multa colligi poſsũt. Primũ,quòd cũ cauſa tẽdit ad commodũ ſolius accipientis,ea cauſa pręſumitur impulſiua. Si ad cõmodum concedẽtis vel alterius tertij,finalis. quod & pręter eos quos in id ſparſim citauimꝰ, voluerũt glo.Bar.Bal.qui eã glo. dicit no. *Cauſa impulſiua præſumitur, quæ tendit ad commodum ſolius accipiẽtis.*

Angel. *Finalis au-*

*te ſi ad cõcedẽtus, vel alterius cõmodum tẽdit.*

Angel.& Saly.in.d.l.ſi mulier,per eũ tex. C.de iure dot.& glo.in.l.3.§. ſi quis quaſi, ff.de condi.ob cauſ.Cy.poſt Pet.in.d.l.generaliter,in fi.& ibi quoque Alber. col.2. verſi.in contrarium videtur, & Saly.C.de epiſ.& cler.Collect.in.d.c.poſt tranſlationem,col.1.verſic.ſed quid ſi dubitatur, & ibi Anto.col.1.verſi.an.autẽ in dubio, de renuncia.Bar.in.l.ſi fundum per fidei cõmiſſum,§.Iulianus,ff.de lega.2.Alberi.in l.vlti.C.de rer.permu.& in.d.l.ſi quis pro redemptione.C.de dona.Bal.in.l.2.§. vlt. ff.eo titu.Angel.Rapha.Co.& Paul. Caſtr.in.l.2.§.vlti.ff.de donat. Idem Angel. in.l.ſciendum,la.2.& ibi Cæpola, ff. de ędilit.edic.& ipſe Ang.cõ.124.Iolus.col.3: ver.etpro hac parte,etiterũ col.ſeq.ver.an ergo defect⁹. Im.cóſi.33. in caſu pręmiſſo, col.1.ver.cõtrariũ videtur.Pau.Ca.cõ.214. ego.Paulus,poſt mediũ,li.1.Al.ĩ.l.vl.col. 2.ver.aliã etiã aſsignat,ff.de cõdic.ob cau. Soc,cõſ.51.quoniã in pręſenti,col.7. verſi: cõprobatur nã principalis intẽtio,li. 2. & cõ.83.pro certo,col.3.nu.7.lib.3.Car.Ale. in.c.verũ.colũ.2.verſicu. cauſa autem duplex eſt, de conditio. appoſ. Iaſon in.l. ſi pecuniam,colum.6.verſicul. regula eſt, ff.

ff.de condic, ob cauſ. & Hiero.Grat.con. 77.in præſenti cauſa,col.1.lib.1.

¶ SEPTIMO limita, vt non procedat quando ratio, ſiue cauſa ceſſat in ſingulis quibuſdam perſonis tantùm: veruntamen verificatur, vt in pluribus, nam eo caſu non ceſſat effectus ex ceſſatione cauſæ ſiue rationis in illis ſingularibus, vt pulchrè voluit Bal. qui quoquò te vertas, illũ vbique reperies, in. l. 1. col. 1. verſi. in ea glo. ibi, ſed impulſiua. ff. de fer. in. 1. lect. per tex. in. l. iura, ff. de legibus.

# OCTAVA LIMITATIO.

1 *Cã ceſſante in vna perſona nõ ceſſat effectus in alijs.*

¶ QVIN generaliter, & hæc erit pro OCTAVA LIMITATIONE, ceſſante cauſa in vna perſona, nó ceſſat effectus in aliis perſonis, per tex. in. l. Lucius. §. quiſquis, ff. de lega. 2. & in. l. vnũ ex fratribus, ff. de cõdi. inſt. & no. gl. in. c. & ſi Chriſtus, in verbo ceſſante, & ibi quoq; Bal. col. vlt. verſi. dicit glo. quod ceſſante, de iureiurã. & idem Bal. in. d. l. generaliter, col. 2. verſi. ſed in dubio. C. de epiſc. & cleric.

2 *Leges loquẽ*

¶ Et huc pertinet quòd generaliter diſpoſitiones loquẽtes de quibuſdam perſo

nis

nis ad alias nõ trahuntur, l. ſi verò, §. de vi teſro, ff. ſoluto matrimõio. Et ita qdẽ, vt ſi aliâs extenſio fieri poſsit ad alium caſum ex certa quadã ratione, videlicet ex præſumpta mente diſponentis, ſecundum no. l. tale pactum, §. vltimo, ff. de pactis, & in. l. Titius, §. Lucius, ff. de libe. & poſthum. Id tamen non fit de vna perſona ad aliam etiam in fauorabilibus, per. l. ſi quis ita, §. ſi quis cùm ignoraret, ff. de teſta. tute. & id voluit Raph. Co. in. l. cõmodiſsimè. ff. de lib. & poſthu. Fran. Are. & Iaſon in. l. Gallus, §. & quid ſit tantum, ff. de libe. & poſthum, cum aliis multis concord. adductis à me in rep. l. ſi vnquam, in verbo, libertis, nume. 28. incip. ídque maximè, & duobus ſeq. C. de reuocan. donatio.

*tes de quibuſdam perſonis ad alias non trahuntur.*

*Extẽſio non fit de vna perſona ad aliam, etiã vbi aliâs fit extenſio.*

## NONA LIMITATIO.

1 ¶ NONO LIMITA, & idẽ propemodũ eſt cum duabus præcedentibus limitationibus, vt hæc noſtra regula procedat in ratione generali, quę ſcilicet conſideratur in ſua generalitate, id eſt in generibus ſingulorũ, nõ in ſingulis generũ. licèt enĩ in aliquo caſu ſingulariſsimo ceſſet ratio legis,

*Regula noſtra procedit in ratione generali.*

non tamen ceſſabit lex. Bal. in .l. non dubium, col. 2. verſi. ſequitur videre de interpretatione, C. de legibus, ita intelligens, d. l. proſpexit, ff. qui & à quibus. & ſequitur Pet. Ancha. in c. 1. char. 9. verſicu. circa ſecundum articulum, de cõſtitu. & Alex. con. 32. clariſsime domine, col. 2. verſicu. ad idem bene facit, lib. 7.

2 *Contrariũ.* ¶ Sed id non placet Fely. doct. certè celeberrimo, in, d. c. ſi quando, colum. 8. verſi. conſidera ſecundò verba, extrà de reſcript. neque enim, inquit, iuſtum eſt, vt in illo caſu quamuis ſingulari ceſſante ratione legis, lex ipſa affligat, ita enim loquitur. Sed tu tamen hîc vide, quę diximus ſuprà in. 1. limitatio. nume. 52. incip. tertiũ, quod cùm lex, & ſeq.

## DECIMA LIMITATIO.

1 *Cauſa in qua dictio fortè ponitur, ceſſãtè, non ceſſat effectus.* ¶ DECIMO LIMITA, vt hæc noſtra regula nõ procedat, quãdo in cauſa, ſiue ratione ponitur dictio fortè, aut ſimilis, ex ſententia glo. in clem. 1. in verbo, fortè, aut vt alij collocãt eam glo. in verbo, appellãdum, de appella. quæ quoniam tex. dixerat, quia fortè de facili eorum præſentia

ſimul

ſimul haberi non poſsit, dato ergo, inquit, quod haberi poſſet eorũ copia, locus eſſet ei quod hîc dicitur: Et eã glo. ſequũtur docto. ibi, magna ex parte, ex hoc dicentes eã dictionẽ, fortè, denotare cauſam impulſiuã, non finalem, vti videre poteris apud Card. Flor. poſt antiquiores, ibi, col. 2. in. 12. q. & Imo. col. 3. verſi. gl. fortè quærat. atque etiã Anto. in. c. quoniam, §. niſi fortè, col. vl. verſi. quæro qualiter probabitur, & ibi Panor. col. 6. qui eũ, §. niſi fortè, legit cũ princ. ver. quæro quid ſi nõ facta, extrà vt lite non cõteſt. per eũ tex. in verbo, ne fortè hoc procuret. Imo. in. l. gerit, colũ. 2. verſi. nec obſtat prędictis, ff. de acq. hęred. Alex. qui illam glo. dicit nõ. in. l. in ratione, la. 1. §. quod vulgò. col. 8. verſi, in ea ibi, §. ſi verò non fecerit, ff. ad leg. Facild. vbi ex hoc reprobat deciſi. Bal. in. l. filiumquẽ col. pe. verſi. & quia de inuentario, C. famil. Herciſcun. & eundem Alex. in. l. 1. §. ſi is qui me, col. 1. verſi. ratio autẽ qua mouetur, & ibi Iaſon, qui tamen id declarat, & eam glo. dicit ſingul. colũ. 2. ver. & ſi tu ſubtiliter diceres, ff. ad Sc. Trebellia. Barb. in rep. c. Raynaldus, col. 44. verſi. ponderãdũ eſt, rurſumq; col. 53. ver. vnde põdero

*Dictio fortè denotat cauſam impulſiuam.*

*Dictio fortè reſpicit facti accidẽtia, non iuris diſpoſitionem.*

ro illũ tex. de teſta. vbi per eam gl. dicit, ꝙ cauſa, in qua apponitur hęc dictio, fortè, reſpicit factum, ſiue facti accidentia, & nõ iuris diſpoſitionẽ. Fely. in. c. 2. col. vl. verſi. primò quòd vbi lex, vt lite nõ cõteſta. Iaſ. in. l. ſi pecuniã, col. 6. ver. itẽ nota ꝙ vbicũque, ff. de cód. ob cau. & in. l. ſubſtitutione col. 2. ver. vltimò circa dictionẽ, ff. de vulg. & pupil. & in. l. ſi ex falſis, col. 2. in. 5. no. C. de tranſact. & in. §. æquè, ſragat. col. 7. in paruis, nume. 27. Inſti. de actio. Et hæc certè limitatio pertinet ad primã illã limitationẽ, qua tractauim⁹ de cauſa impulſiua.

2 *Alia de hac dictione fortè & ſimilibus.*

¶ Quod ſi alia quædam ſcire cupis de vi & natura huius dictionis, fortè, forſitã, forſan, fortaſſe, fortaſſis, quæ ſunt eiuſdem ſignificationis, vt id obiter dicam, vide gl. in. l. mutus, in verbo, forſitan, ff. de procuratorib. & in. l. ſi duo, in verbo, fortaſſe, ff. de recept. arbitr. & in. l. 1. §. 1. in verbo, niſi fortè, & in glo. ſequen. ff. de rei vendi. & in. l. in cõmodato, §. ſicut, in verbo, peritura, ff. de commod. & in. d. l. in ſubſtitutione, in verbo, niſi fortè, & ibi Bal. in fi. Angel. etiam in fi. Raph. Co. Im. col. 1. Ale. latè col. itẽ, 1. & Iacob. latiùs, col. quoq;. 1. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. & gloſſ. in. c. ſu-

per

per literis,in verbo,niſi forſã,& ibi Barb·
char.antepe.verſi.venio ad glo. in verbo,
forſan,& Auguſ.Beroi.nu.74. de reſcrip.
& glo.in.c.tuæ,in verbo,ſi forſan,de pro-
cura.& in.c.niſi cùm pridem,in princi. in
verbo,forſan,de renũciat.& in.c.2.in ver-
bo,propter cõtumaciam,& ibi Hoſtiẽ. &
Ioan.And.vtrunq; in verbo,fortè, Card.
Flor.in.3.no.Anto.paulò.ante fi.& Pano.
in fi.& Fely.col.pe.verſi. vltimò dum di-
citur,vſque ad fi.illius,c.vt lite non conte
ſta.& glo.in.c.2.in verbo,fortè,& ibiHo-
ſtien.in eodem verbo,Ioan. Andr,ad fi.
Cardi.Floren.in.4.no.Imo. col. 1. in vlti.
no.& Barb.colum.5.verſi.& no. etiam ex
iſta,extrà de teſtamen.& glo.in.c.ex par-
te,in verbo,ne ſi fortè,poſt princip.& ibi
Antoni.verſic.oppono quòd omnino, &
Panor.circa medium,de celebra.miſſar.&
gl.in.c.tua nos,in verbo,fortè, & ibi Inn.
in prin.de ſpõſali.& gl.in clemẽ.2.ver.de-
niq;,in verbo,forſan,& ibi Card.Florẽ.in
prin.de ſentẽ.& re iudica.& in.c.admone
re,in verb.ſi fortè.33.q.2.& ĩ.c.quãobrẽ,in
verb.ſi fortè, de pœnitẽ.diſtic.1. & Spec.
tit.de alleg. & diſputat. aduoca.§.poſt hoc
autẽ,ver.vel in princi.ibi. itẽ dictio fortè.

Alberũ

Alberi.in ſuo lexico,in verbo,forſan, for ſitan,fortaſsis & fortaſſe.Card.Floren. in. c.1.col.1.in.5.no.de poſtulā.Barb.in repe. c.Raynaldus,col.2. verſi.& ſi quiſpiā dixerit,de teſta.Steph.Maleret. in tract. de electio.char.13.col.2.verſic. & quia de verbo,fortè.

3 ¶ Vt interim nō omittas illud D.Io.c.8. ſi me ſciretis,forſitan & patrem meum ſciretis,quam eandem ſententiam,c.14. ſine dictione dubitatiua poſuit.Si cognouiſſetis me,& patrem meū vtique cognouiſſetis.in quo illud notandum, interpretē in priore loco coniunctionem,at, vertiſſe in forſitā:in poſteriore,in vtiq;. Auguſtinus autem in priore loco monet illud forſitā. non eſſe dubitantis,ſed increpantis,quod nos lectores admonere voluimus,quia omnes ferè noſtrates ſuprà citati hūc locum adduxerunt,nec tamen id dixerunt.

*De eadē ex Theologis.*

## VNDECIMA LIMITATIO.

1 ¶ VNDECIMO LIMITA noſtrā regulam,vt non procedat vbi ius iam eſſet alicui queſitū ex cauſe exiſtētia,vt ita loquar nā licèt cauſa ipſa poſtea deficiat ſiue deſinat,

*Cauſa ceſſā te nō ceſſat effectus.*

ſinat, ius tamen illud quæſitum retinetur, *iure quæſito*
vt per. l. ſi poſt mortem, §. 1. & l. non putauit, §. ſed ſi poſt mortem, ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab. & l. cùm vxori, C. quando dies leg. ced. & c. ab eo, de electio. lib. 6. & clemen. constitutionẽ, col. pe. in fi. eo. tit. voluit Io. And. in c. decet, col. 3. verſic. & idẽ in ſimili. de regu. iu. lib. 6. & Bal. in l. filiam, ff. de Senat. in 1. lectu.

2 ¶ Ad quod etiam facit, quod ſcribit Bal. *Reſtitutio* in l. generaliter, col. 3. verſicu. ecce aliud *quæſita nõ* exemplum, C. de epiſco. & cle. quòd cùm *ceſſat ceſſan*- reſtitutio in integrum acquiratur in pri- *te cauſa.* mo inſtanti & momento læſionis cõſummatæ ob abſentiam, licèt poſtea ceſſet ea abſentia, ob quam competebat eadem reſtitutio, non tamẽ ceſſat ea reſtitutio iam quæſita per. l. quod tempore, C. de reſtit. milit. & l. vlt. §. ſed quod ſimpliciter. ff. eo. titu. & idem propemodũ dicit Cyn. poſt Petr. in d. l. generaliter, faciuntq; alia multa quæ dicam in ſequen. limitat.

3 ¶ Sed hoc tamen intelligendũ eſt, quan- *Quid ſi ius* do ius illud quæſitũ fuit de iure commu- *ſit quæſitũ* ni, ſecus ſi quodã iure irregulari ſiue ex- *ex iure ſpe*- traordinario & ſpeciali fueritquæſitum, *ciali.* nã tũc illud ius ceſſat ceſsãte cauſa ipſius,

vt pul-

vt pulchrè voluit Bald. in. l. ſi pro ea, col. 3. in. 8. quæſtion. C. mand. quod dictum pro no. refert & ſequitur Philipp. Franç in. c. cùm ceſſante, col. 1. verſi. ſecundò concluſio limitatur, extrà de appella.

4 ¶ Nam vt dicit Bald. vbi ſuprà, faciliùs tollitur priuilegium ſiue ius extraordinarium & ſpeciale, quàm ius commune, l. eius militis, §. 1. & ibi glo. quæ id no. in verbo, quocunque modo, & ibi Barto. Bald. & Angel. ff. de milit. teſt. & §. quia verò veriſimile, in fi. in authen. de non alienan. reb. eccleſi. & idquoque voluit gloſſ. in. l. 2. in verbo, interpretari, & ibi Barto. colum. 1. ff. de conſti. princip. & glo. vlti. in. l. 1. ad fi. C. ſi aduerſ. venditio. & in. l. 1. in gloſſ. vlti. verſic. item quartò, quia faciliùs, C. ſi de momenta. poſſeſſ. & in. l. aſsiduis, in verbo, licèt anterioris ſint, paulò ante medium, C. qui pot. in pigno. hab. Bald. in. c. poſt tranſlationem, colum. 2. verſicu. quæro vtrùm ceſſante, de renuncia. Et addit ipſe Bald. in dicta. l. ſi pro ea, facere no. in. l. ad comparandas, in fi. C. eod. tit. mandat.

*Ius ſpeciale faciliùs tollitur quàm commune.*

## DVODECIMA LIMITATIO.

1 ¶ DVODECIMO limita & generaliùs, vt non procedat hæc regula, cùm effectus cauſæ eſſet iá conſummatus & perfectus, & vt noſtri loquuntur in eſſe productus, per.l.vlt.in prin.ff.vnde lib.&.l.inter ſtipulantem,§.ſacram, in illis verbis, nec reuocãtur in obligatione, & ibi Iaſ.in.4.no. ff.de verb.obli.&.l.patre furioſo, ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iu.&.l.qui res,§. areã. ff.de ſolut.&.l.tutelas, in prin.ff.de cap.di minut.&.c.quęris,& ibi glo.in verbo, cõtrahatur, de conſecra. diſtinct.4. vbi obligatio ſemel extincta propter aliquam cau ſam extinguentẽ, non conualeſcit ceſſante ea cauſa,&.c.de bigamis, extra de biga. ex quo no. Anto.in.2. locis quòd ceſſante cauſa efficiente non ceſſat effectus iã impreſſus,&.c. ſanè, de renunciatio. ex quo etiam no. idem Anton.poſt prin. perempta cauſa non perimi effectum iam in eſſe productũ.&.c.vl.de offic. leg. ex quo no. Imo.in.2.no.quòd extincta cauſa non perit iuris effectus in eſſe deductus, ſec⁹ ſi ſit in fieri, vt ipſe loquitur, & res ſit integra. *Cauſa ceſſãte non ceſſat effectus iã conſummatus.*

2 ¶ Et ita quoque, vt ſcilicet nõ ceſſet effectus conſummatus per ceſſationem cauſæ, voluit Cyn.in.l.generaliter, col.2. verſi. *De eadẽ re.*

in con-

in contrarium quia lex dicit, & ibi Bald. col.3. verſic. item exemplum de cauſa, & iterum verſi. quandoque autem cauſa finalis, C. de epiſc.& cle. Bart. in.l.2.§. vlti. ad fi. ff. de dona. & in. l. pluribus, §. & ſi placeat, ad fi. ff. de verb. obliga. bona pars Canoniſtarum, in. c. poſt tranſlationem, de renuncia. Bal.& in.l. vbi, col. pen. verſi. formatur etiã alia quæſtio, C. de iure dot. & in.l.1.col.2.verſi.priuilegia autem, ff. ſolu.matrim. vbi & alia iura allegat, & in.c. & ſi Chriſtus, col. vlt. de iureiuran. Alex. in addit. Nicol. Neapol. in.l.2. non ſolùm, ff. de excuſa. tutor. Corne. conſi.24. omiſſo primo dubio, col.5. verſi. nec obſtat quòd in ſecunda, lib.3. Soci. con.81. non eſt dubium, col.4. verſic. nec obſtat nunc, lib.3. Philipp. Dec. in.l.1. col. antepen. nu.79. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdi. & in.c. quæ in eccleſiarum, col.7. verſi. ſed aduertendum eſt, de conſti. & in.c. cum ceſſante, col.1. verſi. ſecundò concluſio limitatur, de appellatio. & con.24. cuius factum incipit, mulier cui propter inopiam, colu.1. verſi. tertiò ſuadetur ex eo. & con.31. cuius ſuperſcriptio eſt, quando valeat renũciatio, col. vl. ver. tertiò nõ obſtat, vbi ex hoc

conſuluit

conſuluit in pulchro caſu, Franc. Balb. in tracta. præſcriptio. in. 3. parte prin. in. 9. quæſtio. in fi. Fran. Ozer. in.§.1.nu.5. per eum tex. Inſtit. de exhæred. libero. Fran. Curt. Iunior, in.l.2.col.9.nu.78.C.de edē. & Hieron. Grat. conſi.63. viſis elegantiſſimis, colum. penul. nume.37. lib.2.

3 ¶ Propterea dicit glo. no. in. c. in argumentum, de regu. iu. lib.6. quòd iſta regula procedit circa facta, non facienda. Bald. autem in.d.l.1.§.1.in fi.ff.de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. ſcribit ceſſante cauſa priuilegij non ceſſare priuilegium, quod retro ſortitum eſt effectum. & ſequitur Iaſ. in.d.l. filius à patre, §.1.col.2. verſic. limita iſtam regulam, ff. de liber. & poſthu. quo etiam loco ipſe Bal. Angel. & alij tradiderunt, quòd ſi aliqua terra exiuit de obedientia dñi, & ob id fuerit bãnita, licèt poſtea ad obedientiã redierit, non tamē per hoc remittuntur banna, niſi id expreſſum fuerit, quod tamē pugnare videtur cũ eo quod dixim⁹ ſuprà in bãni cauſa ceſsãte.

*Regula noſtra procedit circa facta non facienda.*

*Priuilegiũ quod ſortitum eſt effectũ non ceſſat ceſſante cauſa illius.*

*Bãni cauſa ceſſante, an ceſſet bannum.*

4 ¶ Et huc quoque ſpectat quod ab ipſo Bal. proditũ eſt (nam is vbiq; in omnibus queſtionibus & dubijs reperitur, adeò fecundus eſt) in.l. Titius, quæ eſt pen. per

*Vxor quæ per impudicitiã amiſit legatum, nõ*

R illum

*id recuperat per pudicitiam.* illum tex. ff. de excuſat. tuto. quòd ſi teſtator reliquit vxorem ſuam vſufructuariam bonorum ſuorum, donec caſtè vixerit, ea autem primo anno pudicè vixerit: ſecundo autem impudicè, ob quod legatum illud ſuum amiſerit: deinde verò ad caſtitatem redierit, non per hoc recuperat legatum, quo iam per impudicitiam decidit, quod non ob aliud eſt, quàm quòd effectus impudicitiæ conſummatus eſt.

5 ¶ Ante hunc & cæteros illos Specu. ille quem omnes vbiq; miris laudibus extollunt, in ti. de proba. §. 1. verſi. circa nouale, illud tradit, quòd nouale tãdiu erat, quã diu à primis religioſis detinetur: quòd ſi ad alios peruenerit, deſinit eſſe nouale, per c. vl. de priuileg. nec ſi ad primos illos redierit, recuperat illam noualitatis, vt ita dixerim, qualitatẽ, per tex. in d. §. inter ſtipulantem, §. ſacrã, ff. de verbo. obliga. ſuprà in princ. huius limitat. allegatum.

*Nouale q̃d deſyt eſſe nouale non reaſſumit eã qualitatem per reditũ ad priores.*

6 ¶ Ex hoc quoq; albo illud eſt, ꝙ id quod dicitur, perempta inſtantia perimi omnes effectus eiuſdẽ, intelligitur in effectibus iam conſummatis per litis conteſtationem. verbi gratia, quis fit malæ fidei poſſeſſor ob litem conteſtatam, l. certum, C. de rei

*Inſtantia perẽpta non perimuntur effectus conſummati.*

de rei vẽdicat.&.l.nemo, C. de acquiren. poſſeſsio. item perpetuatur actio,l.vlt.C. de præſcript.30.vel.40.anno.item res effi citur litigioſa,authen. litigioſa, C.de litigioſ.Certè hi effectus, & ſi qui alij ſint ſimiles,non perimuntur perempta inſtantia,cùm ſint (vt diximus) conſummati,ita voluit Panor. in.c. cauſam quæ, col.vlti. verſi.ſed circa hæc ſecundum recentium, extra de teſtib. ſed tu de hoc vide gloſſ.& doct. in.l.2. C. de fruct. & lit. expenſ. & in. c. ſignificauerunt, de teſtib. & in. l. properandum,§.1. C. de iudic.

*Vt mala fides:*

*Actionis ꝑpetuatio.*

*Vitium litigioſi.*

7 ¶ Sed & eò ſpectat,ꝙ cũ per ſuperueniẽtiã liberorũ ipſo iure reuocetur donatio, per.l.ſi vnquã,C.de reuocã. donatio. certè ſi liberi nati ob quos ea reuocatio facta fuerit,poſtea moriantur,non tamen ceſſat reuocatio, cũ per eorũ natiuitatẽ cõtinuò ipſius effectus , id eſt , ea reuocatio fuerit cõſummata.Ita enim voluit,illã ipſam rationẽ ad hoc adferẽs Alb.in.d.l. ſi vnquã. & Bar.in.l.Titia,§. imperator,col.vl.ver. pone ꝙ filij,ff.de leg.2.& alij multi, quos tibi lõgo ordine enumerauimus in repet. l.ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos, nume.203. incip.& ne poſt tot tantáſque.

*Reuocatio donationis per liberorũ natiuitatẽ, non tollitur morte illorum.*

8 ¶ Et illud quoq; , quòd ſi mater, quæ tutrix erat filiorum, tranſiuit ad ſecũdas nuptias, ob quod priuata fuerit ea tutela, & poſtea ſoluatur ſecundum illud matrimonium morte mariti, non reaſſumit eadem mater tutelã, ſed manet perpetuò priuata: cùm effectus priuationis fuerit ſtatim cõſummatus, quàm ad ſecundas nuptias cõuolauit, vt ſatis declarat tex. in. §. quia verò, in illis verbis, mox vt ſecũdas nuptias contraxerit, in authen. vt ſine prohibitio. matr. & aui. Ea enim dictio, mox, oſtendit priuationem eſſe factam ipſo iure, ex ſententia gl. in. §. 1. in verbo, imminere, & ibi Bar. & Ange. in auth. de inceſt. nup. cum alijs multis ſimilibus à me collectis in illa repet. l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, nume. 109. incip. vigeſimoſeptimo.

*Mater priuata tutela per ſecundas nuptias non eam recuperat morte ſecundi mariti.*

*Mox ſignificat priuationem ipſo iure.*

9 ¶ Et ita vt ſcilicet mater illo caſu nõ reciperet tutelã filiorum, voluerũt Cy. qui tamẽ id declarat, in authen. matri & auiæ, col. vi. verſi. octauò quæro, & ibi etiã Alberi. col. 3. ver. itẽ quæro, & Ang. qui & ipſe declarat, col. vlti. verſi. vltimò ſcias, C. quando mul. tutel. offic. & Hippol. Marſil. qui id dicit no. in l. etiam ſi redhibitus, col. 2. verſi. patet etiam hoc, ff. de quæſtio.

*Iterũ de illa matre.*

Nam

10 ¶ Nam & quod plus eſt, ſi mater declarauerit, ſe velle nubere, ideóque priuetur tutela, & alius tutor ſit datus: non eam reaſſumit, etiam ſi poſtea nolit nubere, Bald. in. d. l. cum ancillis, col. 2. verſi. item collige argumentum, arg. illius tex. C. de inceſt. nupt. & in. l. imperiales, in fi. princ. etiam per eum tex. C. de nupt. & in. l. omnẽ, col.. 1. C. ad Sc. Tertulli. & cõ. 423. datalis Abrami, in fi. lib. 2. & alibi diximus plenius in noſtris cõſuetudinibus Pictonũ, nam & hoc quoq; caſu ipſo iure amittit tutelã, vt etiam probatur in. d. §. ſi verò.

*Idem ſi mater ſe velle nubere declararit, etiã ſi id non fecerit.*

11 ¶ Adde, & illud, quod huc proximè accedit, quòd nõnulli aſſumunt ex tex. in. c. conſtituit, iuncta glo. in verbo, qui ex Iudæis, 17. q. 4. quòd infamia remanet apud infamem, etiã extincta infamiæ cauſa. inter quos eſt Hippol. Marſil. ſing. 107. ver. & quia vt noſtri. Quãquã nec ille tex. nec glo. illius illud adeo ſpecialiter dicunt, ſed id tantùm, vt ſicut Iudæus non poteſt ad publica officia admitti, ita nec qui ex Iudæo Chriſtianus nouiter factus eſt. & ita eam glo. intellexit Archidia. ibi. & Rom. qui ſingul. dicit ſingul. 72. nunc veniamus ad lucrum, verſic. ſed quid de eo. Io.

*Infamia remanet etiã extincta infamiæ cauſa.*

*Iudaeus nouiter factus Christianus ſe non admittitur ad publica officia.*

Ana.in.c.cùm ſit.col.vlt.ver. vltimò quia tex.& ibi Felyn.col.1. de Iudæis. & idem Felyn.in.c.etiam te,col.8.verſic.limita ſecundò,de reſcript.& ipſe Hippol. ſingul. 179.viget communiter ſtatutum.colum.2. verſi. item & facit glo.

12 *De eadẽ re-*

¶ Verùm facilè crediderim infamiã iam contractam non aboleri ſublata cauſa ob quam contracta eſt,cùm iam effectus conſummatus ſit,nec quod factũ eſt infectum fieri nõ poteſt.vt nõ ſine ratione Cladius Cæſar apud Suetoniũ, cùm orantibus familiaribus cuipiã dempſiſſet notã, litura tamẽ(inquit) maneat,de quo & nos diximus in tractatu Conſtituti,parte.3.limi.7. nu. 10. & illius quoque.& vide etiã ſuprà nu.115.incip. infamiæ cauſa.

13 *Iterũ de illo Iudæo.*

¶ Sed quod dictũ eſt de Iudęis de nouo factis Chriſtianis, id fit, quoniã verẽdum eſt, ne adhuc reſtẽt quædam reliquiæ Iudaiſmi.donec diutiſsimè probati fuerint: qua ratione hi promoueri in epiſcopos nõ poſſunt, vt ſcribitur in princ.48.diſtinct. quanquã & aliæ eius rei cauſæ ponuntur. Et hoc quidẽ pertinet ad. 16. limitationẽ, num.7.incip.ſed ita tamen, vbi etiam loquemur de inimico recens conciliato.

¶ Et

14 ¶ Et huc item referri poteſt, quod dixi- *Quædam ſi-*
mus ſuprà in ceſſatione cauſę excluſionis, *milia.*
num.96.incip.quod tamẽ intellige, fœmi
nam ſemel excluſam ob maſculos, perpe-
tuò manere excluſam, etiã ſi maſculi po-
ſtea deficiant, cùm iã effectus excluſionis
ſit conſummatus. Et quod præterea dixi-
mus in.4.limit. num.5. incip.quin & huc
quoque, de eo cui acquiſita eſt hæreditas,
quoniã eſſet agnatus tempore delatæ hęre
ditatis, licèt poſtea deſinat eſſe agnatus.
Quódq; etiã ibi duximus, nu.10. incip.&
id quoque, & multis ſeq. de eo qui excuſa
tus eſt à tutela ob numerũ liberorum, qui
poſtea deficit. Et quod deniq; dicemus in
frà, in.14.limitatio.de dote reſtituta ob vi
ri inopiã, qui poſtea diues efficitur, nã &
id tribuit cõſummationi effectus, Bal.in.l.
vbi adhuc, col.6.verſi.formatur etiã, C. de
iure dot. vide omnino in.d.4. limitatio.

15 ¶ Nec hinc longiùs abeſt, quòd genera- *Actu con-*
lius dicimus, quòd vbi actus eſt iam con- *ſummato,*
ſummatus, caſus ſuperueniens non vitiat, *caſus ſuper*
ſed tunc habet locum ea regula, vt quæ ſe- *ueniens non*
mel vtiliter cõſtituta ſunt, durent: licet ca- *vitiat.*
ſus extitetit, à quo initium habere non
potuerint, de qua in lege non eſt nouum,

ff. de regul. iur. & in. c. factum legitimè, eo titu.lib.6. id enim apertè colligitur ex l. pluribus, quæ eſt pen. §. & ſi placeat, vbi Bart.& alij,ff.de verb. oblig. & præterea voluerunt Pet.à Bel.Pert. & Bal.in.2. lect. in. l.patre furioſo.per eum text.ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur. Bartol.in.l.ex facto, in princip.colum.2.ver.vltimò hæc lex,ff. de vulga.& pupill. de quo latè per Dy.in.d.c.factum legitimè,& Deci.in.d. l. non eſt nouum.

16 *Etiã in foro conſcientiæ.*

*Præſcribens bona fide non tenetur reſtituere,ſi mala fides ſuperuenit, præſcriptione completa.*

¶ Id quod procedit etiã in foro conſcientiæ.verbi gratia,quis præſcripſit rem alienam cum bona fide, præſcriptione autem cõpleta ſuperuenit ſciẽtia rei alienæ,certè cũ effectus præſcriptionis ſit iã perfectus & cõſummatus,poteſt hic qui ita præſcripſit,iuſtè rẽ retinere,glo.in.c.vl.& ibi Inno.in verbo, temporis,& Hoſti.colu.2.in verbo,in nulla tẽporis parte, & latè Imo. qui hãc dicit eſſe cõmunẽ opi.legiſtarũ & canoniſtarũ,col.15.verſi.venio ad glo. vlt. & Panor.col. 7.verſi.idem ſentit,de præſcriptionib. glo.in.c.1.in verbo, pellendi, de conceſsio.præben. Inno. in. c. cura,in fi.& ibi Hoſtien. in verbo, legitimam,de iure patrona.& idẽ Inno.in cap.quia plerique.

rique,col.1.verſi.quia tutius eſt,& ibi etiã Panor.col.8. verſi.ſeptima quæſtio,de im munita.eccle.Hoſti.in ſumma tit.de præ-ſcriptio.rei immobil.§.verùm,verſicu.ſed quid.ſi iam completa,vbi id probat autho ritate veteris teſtamenti.Io.Ligna.in.c.vi gilanti,&ibi Bal.col.1.Card.Flor.Imo.Pa nor.& Felyn.col.vl.de præſcrip. Io.And. in.c.poſſeſsio,in vlt.articulo, & ibi etiam Pet.Anch.col.5. verſi. quæro cùm debitũ naturale,& Philip.Fran.col.pen.verſi. in ea glo. ibi qui completa, de reg.iur.lib. 6. Bar.nõ obſcurè in extrauagã.ad reprimen dũ,in verbo,videbitur,in fi.Bal.in.l. cùm quis,col.7.ver.poſt hoc ſcias, C. de iur.& fact.ignoran.& in.c.de cauſis,col. 3. verſi. vtrùm poſsit renuntiari,de offic.deleg.& in.c.1.col.vl.verſi.& an ius naturale,tit.de cõtro.inter dom.& fidel.de inueſti. feud. & in.c.1. ante fi.tit.de controu.inter dom. et vaſall.& in.c.1.§.ſi quis per.30.col.1.ver ſi.dicit Innoc.quòd,& ibi Iacob.Aluaro. col.6.verſi.quæro an quando quis, & Car di. Alexan.in fi. titu.ſi de feud.fuer. con-trou. inter do. & agna.& conſi. 295. fama viciniæ eſt,in fi. lib.1.& con. 315. ponitur quòd antiquitus,col.2.ver.& facit ad prę-

dicta

dicta. Rayner. in ſuperſcrip. con. Feder. Senen.130.caſus talis eſt, quidam teſtator. Io.Fab.in.§.1.col.2.verſi.quid ſi ea completa, Inſtit.de vſucap. Angel. qui id latè tractat per. 5.col.poſtremas, in repe.l.1.C.de iudic. Petr. Anch.con.170.principale contra iſtos, colum.2.præterea contra Bar.eſt. Imo.in repet.c.vl.col.18.ver.venio ad glo. vl.& mult.ſeq.de præſcript. Panor.cō.89. in quæſtione quæ ad præſens, col.3. verſi. ad idem quod no.Roma. in repe. rub. de arbit.colu.1.& in.l.filiuſfamilias, ff. de dona.& conſi.149. concluſionē primā, col.2. verſic.quintum autem, Corne.conſil.177. in hac re aliâs conſului, colum. 2. verſic. cùm & videamus, lib. 2. Franciſ. Aretin. conſi. 92. viſo legato', colum. 2. verſicu. nec poteſt intelligere. Iaſon in.l. poſt diuiſionem, colum.2.verſicu.hinc videmus, C. de iur. & fac. ignorant. Philipp. Dec. in authen. præterea, colu.6.verſicu.vel illud dictum, C.vnde vir & vxor. & in. c. 1. colum. 7. verſicu. ſecunda eſt, de conſtitutio. in. 1. lectu. & in cap.iurauit, paulò ante fin. de probati.& nouiſsimè Fran. Balb.in tracta.præſcript. in.9.quæſt.5.partis principalis, vbi in hoc vtitur ea quam

dixiinus

diximus ratione, quòd actus iam conſum matus eſt.

17 ¶ Et è Theologis diuus Thomas quotſibet.12.argu.25.& quotlib.ſeq.cor.6. Sco. in.4.ſenten.diſtinct.15. Anto.Floren.in.2. parte prin.ſuæ ſummæ, li.1.c. 7. verſi. qui autem ex beneuolentia. Angel.Claua. in ſumma, in verbo, præſcriptio, §.46. incip. verùm tutus præſcriptione. Diuus Bernard.in ſuis ſententijs alioqui ſeuerior, in lib.de euangelio ęterno, ſermo.32.argum. 2.c.1.& iterum, c.3.quæſtio. 1. vbi & alios aduocat idem tenentes, vt ibi videre poteris, & Adrian.Florē.qui noſtra ætate Romanus pontifex fuit, in ſuis quæſtio. in. 4.ſenten. *Ad idē ex Theologis.*

18 ¶ Quanquam ſcio nonnullos ſimpliciter contrarium tenuiſſe, alios diuerſimodè id diſtinxiſſe, vt videre licet ex glo.in.c.1. & ibi Archidiac.14.q.6.& glo.in.c. ſi virgo, 34.q.2.& gl.in.c.vigilanti, in verbo, nouerit, de præſcript. Bald.in auth.ad hæc, col. 3.verſi.reuertor igitur ad quæſtionem. C. de vſur.& alijs multis quos tu citatos videbis ab Ange.in repe.d.l.1.C.de iudi. & nouiſsimè And.Alciat.in multis locis, nā is ſēper cōſtātiſsimè hāc opinionē tenuit. *Qui contrarium tenuerunt.*

¶ Amplia

19 *Quid in effectu nondum cõſummato, ſed inchoato.* ¶ Amplia autem hanc noſtrã limitationem, vt non ſolùm habeat locum in effectu omnino conſummato, ſed & in inchoato, qui habetur pro perfecto, ſecũdũ.l.& ſi nõ ſint, §.infecti, ff.de aur.& arg. leg. nam nec is effectus ita inchoatus ceſſat, etiam ceſſante illius cauſa, vt expreſsè per eũ tex. voluit Franc. Curt. Iunior, in.l. more, col. 2. nu. 12. ff. de iuriſd. om. iud. Cui adde quod per illum text. in d. §. infecti, voluit Bar. in.l. cętera, §. ſed ſi ſeparauit, ff. de leg. 1. illud haberi pro completo, quod cœptũ eſt, vt etiã voluit in.l. quo minus, in. 5. quęſtion. princip. non multò. poſt principi. ff. de fluminibus.

*Cœptum habetur pro completo.*

20 *De eadẽ re.* ¶ Adde inquam alium tex. in.l. veſtimẽtum, ff. eod. titu. de aur. & argẽ. leg. cuius hæc verba ſunt: veſtimentum id eſt, quod detextum eſt, & ſi defectum non eſt, ſi ſit conſummatum quod in tela eſt, nondum tamen prætextum, vel detextum, contextum appellatur. Quem text. Nicol. Neapol. referens Iacob. Are. ibi dicit notandum ad ſtatutum loquens de veſtimento, vt habeat locum in eo quod in tela eſt. &, illum tex. dicit ſingul. Barb. in clemẽ. cauſam, char. 13. in paruis, verſic. ſed dubium

eſſet

eſſet, de electioni. & in tractat de præſtát. Cardinal. in. 5. quæſtio. 1. partis, col. 3. verſi. & ſi dicatur, ad hoc vt ea ſunt in fieri (ita enim loquitur) cenſentur eſſe in facto, & valde ſingul. idem Barb. con. 57. præclarè ſcribitur, col. 5. verſic. item faciat quod dictum, lib. 1, & con. 14. clementiſsimi, col. 2. verſi. & ſi quiſpiam diceret, lib. 2. dequo & nos diximus in noſtris. ll. Connubialibus glo. 2. nu. 7. incip. ad idem etiam.

21 ¶ Et ego certè vt dicam quod ſentio, ſi aliquis ſit caſus, in quo id quod cœptum eſt, habeatur pro completo, crederem tūc ſufficere eſſe cœptum, vt effectus nō ceſſet ceſſante cauſa, poſtquā cœptum eſſet, vt fortè in illis caſibus. Aliâs verò huic ſententiæ non accederem, præſertim cùm initium pro fine & conſummatione non habeatur, niſi certis caſibus aut reſpectibus, vt videri poteſt ex his quæ ſcripſimus in. dd. noſtris legibus connubialibus in gl. 2. in verbo, en pouuoir de ſon mary, vbi latè tractauimus an, & quādo, & quomodo ſponſa habeatur pro vxore.

*Reſolutio huius ampliationis.*

22 ¶ Amplia ſecundò vt procedat hæc noſtra limitatio etiam in effectu nondum cō ſummato. ſed qui tamen conſequentiam habet

*Quid item in effectu nondū con-*

*ſummato. ſed qui ſequitur ex actu perfecto.* habeat ab ipſo actu perfecto. quod patet ex.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.dum loquitur de ijs qui naſcũtur poſt furorem ex matrimonio cõtracto tẽpore ſanæ mentis.& ad hoc illũ tex. expẽdit Imo.in.l.pluribus, quæ eſt pe.§. & ſi placeat, verſi.circa tertium membrum, ff. de verb.obligatio.

23 *Hac limitatio procedit i.i cã fiẽdi.* ¶ Sed hanc principalem noſtram limitationẽ intellige tribus modis non contemnendis, primo vt procedat in cauſa fiẽdi, (ſic enim mihi permitto loqui poſt noſtrates) hac enim ceſſante ceſſat illud fiẽdum, non tamen idem factum tollitur: ſecus autem in cauſa eſſendi, quaquidẽ ceſ- *Non in cauſa eſſendi.* ſante non ſolùm impeditur fiendum, ſed & factum quoque tollitur, vt voluit Bald. in.c.& ſi Chriſtus, col.vi. ver. adde quòd ceſſante, ibi, ceſſante cauſa, de iureiuran. authoritate Io.Monach.in proœm. lib. 6.

24 *An limitatio procedat pro futuro tempore.* ¶ Intellige ſecundò ita procedere: vt nõ ceſſet effectus iam cõſummatus pro tempore præterito, ſed bene pro tẽpore futuro, ſi effectus eſt ſucceſsiuus, per.l.tutelas, ff.de capit.diminutio.aut etiam ſi momentaneus, niſi ſuperueniat cauſa infirmans, quo caſu etiam ceſſaret effectus, per. l. ſi

quis

quis hæredẽ.C.de inſti.&ſubſti.per quos tex.ita voluit Bald.in.c. quemadmodum, colum.2.verſi.circa tacitas cõditiones, de iureiurand.& Franc.Ozer.in. §. ſupradi-cta,colum.4.num.18.Inſtit.de milit. teſta. Et hîc vide quę dixi ſuprà in.4.limitatio. nu.13.&.14.& quę dicã infrà,in.23.limita.

25 ¶ Intellige tertiò, vt procedat hęc noſtra limitatio,niſi ſuperueniat cauſa retro cõ-traria,remouens illud iam conſummatũ, & in eſſe productum:tunc enim ceſſat ef-fectus etiã perfectus & cõſummatus. ver-bi gratia,grauamẽ eſt cauſa appellationis, & ea quidem in eſſe producta confeſtim, quàm interpoſita eſt,& tamẽ reuocato, & ita ceſſante grauamine ceſſat appellatio, per tex.in.c.cùm ceſſante,de appellat.vbi id expreſsè no.Bal.in.4.notab.

*Et quid ſi ſuperueniat cauſa retro contrarie.*

26 ¶ Intellige quartò,niſi is ad cuius com-modum effectus fuit conſummatus,fuerit in mora: nam tunc poterit effectus ipſe ceſſare,ceſſante cauſa, vt patet ex. l.quod tempore, C.de reſti.milit.vbi ſi intra an-num vtilem reſtitutio intentata fuerit, ea amittitur & ceſſat, & ita eum text. ad hoc expendit Fran.Ozer.in.d.§. ſupradi-cta,col.4.num.17.Inſtitu.de militar.teſta.

*Quid ſi in mora fuerit is, cuius cõ-modo effe-ctus fuerit cõſumma-tus.*

¶ Intellige

27 ¶ Intellige quintò, vt non ceſſet effectus conſummatus ceſſante cauſa generali, per c. ſuggeſtū, de decim. ſecus ſi ceſſaret cauſa ſpecifica, nam tunc ceſſaret effectus etiā conſummatus, vt voluiſſe videtur Anto. in capi. poſt tranſlationem, col. 4. verſicu. tu dic latiùs, de renunciat. vti eum refert Imo. ibi, col. 6. nu. 41. vbi tamen in hoc ſecundo membro non ei accedit, per tex. in. l. vlt. ff. vnde liber.

*Quid ſi ceſſaret cauſa ſpecifica.*

28 ¶ Denique quantum ad hanc limitationem pertinet. ſi quis ſcire cupiat, quando actus, vel effectus ſit cōſummatus vel perfectus, vt ſit vel non ſit locus huic limitationi, legat Franc. Are. poſt alios in. d. l. pluribus, §. & ſi placeat, colum. 2. ver. attēde quia quoad ſolam mentem, ff. de verbo. oblig.

*Quando dicatur actus cōſūmatus.*

## DECIMA TERTIA LIMITATIO

1 ¶ DECIMOTERTIO limita principaliter hāc noſtram regulam, vt procedat in cauſa ceſſante, prout ea ipſa regula loquitur, nō etiam in occaſione, qua quidē ceſſante minimè ceſſat effectus. per tex. in. l. vlti.

*Regula noſtra non procedit in occaſione ceſſante.*

vlt.ff.de reſcind.venditio. quã ad hoc pro no.allegat Bal.in cap. ſolitæ,in fi. de maiorit.& obedien.

2 ¶ Neque id quidem mirum eſt, quoniã occaſio eſt cauſa iniuſta, inſufficiens, minimè vera ac propria, vt videre licet ex Hoſtien.Io.And.Pet.Ancha.Anto. Im. & cæteris,in.d.c.ſolitę, per eum tex. & id quod ſcribitur Prouerb.18.in princip.occaſionẽ quærit, qui vult diſcedere ab amico.Collect.in.c.cùm ceſſante,de appella. Archid.in.c.ſtatutum, colum.pen.in verbo occaſionem,de reſcript.lib. 6.& in.c.1. §.porrò,in princip.de ſta.regul.eo. lib. 6. & in.c.conſequens,poſt princ. & ibi quoque Domi.11.diſtinctio.Andr.Iſer.in.c.1. §.conuenticulas,colum.1.per eum tex.titu.de pace iuramen.firman.Lucas Pen.in l.quicunq;,per eum tex.C.de fund.patrimonial.lib.11.& in.l.1.in verbo,occaſio.C. de frum.Alexã.eo.lib.11.& in.l.1. colum. 4.in verbo,occaſionem.C.de Caſtren.pecul.lib.12.Cardi.Floren.in clemẽ.cauſam, colũ.1.in.1.oppoſit.de electio.& in clemẽ. dudum,in verſi.ab olim,colum.1.in.3.oppoſit.in fi.de ſepul.Panor.in.c.2. colum.1. ver.in glo.1.in fi.de conſti.Corne.con.153. *Occaſio eſt cauſa iniuſta & inſufficiens.*

in præſenti conſulatione,colum.1.in litera E,lib.2.& conſil.266.conſtat dicta credita,colum.1.lib.4.

3 De eadẽ re. ¶ Ad quod optimè facit tex.à nullo illorũ allegatus in.l.Labeo,ibi,magis occaſione,quàm tunc cõtigerit,ff.de riuis. & tex. in.l.famoſi,§.1.ff.ad.l.Iul.læſæ maieſtatis, cùm dicitur non in occaſione, ſed in veritate rei.& in.l.omnimodo,in princip. ibi, occaſionẽ ſubuertendi,&c. C. de inoffici. teſta.& in.l.vlti.ibi , incolatus occaſione. C.de municip.& originar.lib.10.&.l.vlti. ibi,occaſionis huiuſmodi calumniam, C. de conueniend.fiſ. debit lib . 10 . & in. c.1. poſt princip.ibi,ſumentes occaſionem,de confirma.vtil.vel inutil.vbi Dec. in prin. eum tex.ad hoc annotauit , vt occaſio in malã partẽ accipiatur. & in. c.qualiter & quando,le.1.poſt prin.ibi , qualiter occaſione,de accuſat.& tex.in.d.c.ſtatutum, §. inſuper,ver.prouiſurus,ibi,occaſionẽ nõ aſſumit,de reſcript.lib.6.vbi Domi. colũ. 1.nota,inquit,tex.declarantem,quid ſit occaſio,nempe quæ inveritate facti eſt falſa, ſed exteriùs apparet coloratè iuſta.& tex. in.c.1.ver.quia verò,ibi,peccandi occaſio. & ibi,Archi . in verb. quia verò occaſio.

præ-

præbetur.de iureiurand.eo.lib.6. & in.c. 2.verſicu.ſi autem cauſa,ibi,occaſionẽ ceſſioni dederat,de offic.ordi.eod.lib.6.
4 ¶ Ideóq; Ioan.And.in.c.poſt tranſlationem,col,vlt.de renũciat.ꝙ in dubio cauſa impulſiua videtur eſſe occaſio,& ibi quoq; Card.Florẽ.qui id ſingu.dicit,col.3.ver. cõquæro in eo quòd ſuprà.Domi.in.d.c. cõſequens,11.diſtinctio.dum dicit cauſã ſumi pro ratione finali, & occaſionem pro cauſa captata,& Pano.in.c.1.col.1.in.9.no. vt eccleſiaſt.benef.& Imo.in.l.2.§.vlt.col. 2.ver.item adde,& quia dixit,ff. de dona. & Cor.d.cõ.153.col.1.in litera.d.lib.2.Fely. in.d.c.ſolitæ,col.1.verſi. inquantum dicũt hîc,de maio.& obed.& Barb. in.c.ſuper quæſtionũ,col.1.ver.nota ibi occaſione,de offic.& poteſt.iudi.dele. Et ſecũdum hoc id pertinet ad primam limitationẽ.in qua pleniſsimè locuti ſum⁹ de cauſa ĩpulſiua. *Cauſa impulſiua cenſetur eſſe occaſio.* *Cauſa pro ratione finali.* *Occaſio pro cauſa captata.*
5 ¶ Scio autem aliud eſſe cauſam, & occaſionẽ,vt videri poteſt ex.d,ca.ſolitę, poſt princip.ibi non cauſam,ſed occaſionẽ prębuit,vbi omnes,præter id quod ex illis ſuprà diximus,dicunt cauſam in iure conſiſtere,occaſionem in facto.&.d.c.1.§. porrò verſicu. & ideo nos,ibi, cauſam & occaſionem *Cauſam & occaſionem differre.* *Cauſa in iure,occaſio in facto conſiſtit.*

ſionem præſtant, vt eccleſiaſt. benef. vbi id no. Cardi, Floren. in. 8. eodémque vlti. no. & Panormitanus in vltimo nota. & d. capitu. 1. §. porrò, ibi, cauſam ſeu occaſionem, & ibi Domi. de ſta. regul. lib. 6. & cle. dudum, §. in ſtudiis autem liberalibus, ibi, ex aliqua ratione, vel cauſa, de ſepultur. & gloſſ. in l. ſi ego, §. interdum, in verbo, partum me vſucapere, in fi. ff. de public. in rem actio. & Bald. in l. certum, ad fi. C. famil. herciſcum. & ex Cicerone in oratione pro Milone, Quæ tum non modò occaſio, ſed etiam cauſa illius opprimẽdi fuit.

6 *Alia differentia inter cauſam & occaſionẽ.*

¶ Quid autem inter eas interſit, iam vides ex his quæ iam diximus, vt tamen nó omittam quod in eam rem à Bal. ſcriptum eſt conſi. 119. ſtatuto cauetur quòd turbãs, colum. vlti. verſi. quæſtio denique expenſarum, lib. 2. inter eas id differre, quòd occaſio dicitur, omne id quod ordinatur ad aliud per ſe vel per accidens. Cauſa verò propriè, dicitur id, quod ad aliquid per ſe ordinatur, per. l. verum eſt, ff. de furt. & l. ſi mulier, ff. rer. amo.

7 *Occaſio quæ*

¶ Alij dicunt occaſionem illã dici quæ non eſt ordinata ad effectũ de quo agitur, ſed

ſed accidẽtaliter, & fortuitò contingit. ita enim voluit Philip. Dec. in rub. C. qui ad mitti, col. 3. ver. ſed cõſiderãda, & iterũ in dic. c. vl. poſt prin. de cõfir. vl. vel inut. per tex. in. l. vl. §. ſed cũ ĩ ſecũdã, ibi, ex rei ſuę occaſione ortã, C. de furt. & l. reſcriptũ, §. 1. ibi, ex occaſiõe ei⁹ redactũ, ff. de diſtrac. pignor. & l. generaliter, §. proinde, ver. pla nè ſi min⁹, ibi, ꝑ teſtamẽti occaſionẽ, ff. de fideicõ. libertat. et. l. fori, ibi, ex huiuſmodi profeſsione, vel ipſi⁹ occaſione quęſierit, C. de aduoca. diuerſ. iudicio. Ex quo Bar. no. aliud eſſe, aliquid eſſe ex aliquo, aliud eius occaſione. *nõ eſt ordinata ad effectũ de quo agitur, ſed accidẽtaliter cõtingit.*

8 ¶ Sunt & qui dicunt occaſionẽ denotare cauſam remotã, & inter hos Ioã. And. poſt Roffred. in additio. Specul. tit. de iniuriis, §. ſequitur, ver. ſed pone inimic⁹ tuus. Bar. in. l. vxori, ff. de aur. & arg. leg. vbi id dicit probari, in. l. cũ de lanionis, §. aſinã, ff. de fũd. inſtru. & Bal. cõ. 136. proponitur quòd Titius, ad fi. li. 2. Saly. ĩ. l. omnimodo, §. im putari, col. 2. ver. ſecũda modo probat, C. de inoffic. teſta. & in. l. fori, per eũ tex. C. de aduoca. diuer. iudic. Ange. cõ. 63. nobilis miles, col. 3. ver. nec oſtbat ſi dicatur. & cõ. 288. viſo themate ſupradicto, col. 2. ver. *Occaſio cauſa remota.*

 illud

illud enim verbum,& vtrobique per. d.l.
vlti.§.ſed cùm in ſecundũ,C.de furt.Imo.
in.2.§.vlt.col.3.verſi.item adde ei quia di-
xit,ff.de donatio.Barb.& Iaſ.in rubr. C.
qui admitt.ad bonor.poſſeſſ.ille,col.5.Ia-
ſon,col.3.verſi.in prima parte,per no. in.
d.c.ſolitæ.de maior.& obedien.& in.d.c.
poſt tranſlationem,de renunciat.& in. d.
c.cùm ceſſante,de appellatio.& idem vo-
luit Franc.Aretin.conſil.161. verum eſt ꝙ
Comicus,colum.4.verſicu.patet igitur ex
præmiſsis,ibi,nam cauſa mediata,dum di
cit cauſam mediatam & remotam potiùs
dici occaſionem,quàm cauſam, & Corne.
d.con.263.poſt prin.lib.4.Alex.in.l.ſi pa-
troni,col.2.verſi.ſecundo modo probatur
ff.ad Sc.Trebellian.vbi in id citat,glo. in
d.l.ſi ego.§.interdũ.ff.de public.in rem a-
ctio.& in.l.prętor.§.quod de fructibus. ff.
de bon.author.iud.poſsidend.& Soci. cõ.
156.pro fundamento,col.vlt.verſi. confir-
matur,nam licèt.& Iaſon cõſil.63.circa pri
mum col.5.verſi.tertiò principaliter,lib.3.
9 ¶ Et eò reſpicit,ꝙ poſt Pet.tradit Cy. in
*De eadẽ re.* d.l.generaliter,in.2.quæſti.& ibi quoque
Saly.C.de epiſcop.& cleric. quòd cauſa fi
nalis eſt,propter quã aliquid immediatè
con-

conceditur. cauſa impulſiua, quæ occaſionem remotam præſtat. quod & nos alibi ex illis diximus. Id quod ſatis probat, etiã ſi nihil aliud eſſet, ceſſante occaſione non ceſſare effectum. quoniam ceſſante cauſa remota nõ ceſſat effectus, vt latè dicemus infrà in viceſima limitatione.

## DECIMAQVARTA LIMITATIO.

1 ¶ DECIMOQVARTO limita hãc regulam non procedere vbicunq; ceſſatio cauſæ ſuperueniens, & effectus eiuſdẽ ſecutus tendunt ad eundem finem, tunc enim nõ ceſſat ipſe effectus. Exẽpli cauſa, vxor dotem exegit à marito propter ipſius mariti inopiam, ſecundum tex. in. l. ſi cõſtante, in princip. ff. ſolu. matrimo. & in. l. vbi adhuc, C. de iure dot. poſtea vir è paupertate emerſit, & diues fact⁹ eſt, & ita ceſſat cauſa illa reſtitutiõis dotis, nõ tamẽ ceſſat effectus illius, id eſt, reſtitutio ſemel facta, vt voluit glo. ĩ. d. l. vbi, in verbo, abutatur, & ibi Cy. col. vl. in. 17. quęſt. Odof. Iacob. Butrig. vti illũ allegat & ſequitur Bal. col. 6. verſi. formatur etiam alia quęſtio, & Io. Fab.

*Hæc regula nõ habet locum, quãdo cauſæ ceſſatio & effectus illius ĩ eũdem finẽ tendunt.*

*Reſtitutio dotis ob paupertatẽ viri facta, nõ reuocatur ob illius diuitias ſuperuenientes.*

Fab.col.2.verſi.itē quid ſi venit, & Salyc. in.§.1.eius.l. verſi.quæro ſeptimò, de iure dot.Ioan.And.in.c.per veſtras,col.2.ver. in glo.& bona, & ibi quoq; Car. Flo.col. pe.verſi.ſed quæro poſt hāc glo.& Anto. col.2. in.2.oppoſit.paulò ante fi.illius, de donat.inter vir.& vxor.& idem Io.And. in addit. Specul.ti.de dote poſt diuor.reſti.§.vlti.verſi.quid ſi vir vocatus, Bar.in. d.l.ſi cōſtante,in.9.quæſtio.vl.partis,quæ eſt in col.vl.& ibi quoq; Alber.circa medium,verſi.itē quærit ſi dote exacta, Imo. col.vl. verſi. itē adde ei quod tangat, in.9. quæſtio.& Alex.col.vl. idē Bar.in.l.pluribus,quæ eſt pe.§.& ſi placeat, col.2.ver. induco ad quęſtionē,& ibi Imo.col.2.ver. in eadē glo.in fi. & iterū verſi. tu autē dictis,rurſúmq; col.vlti.paulò ante fi.& ibi quoque Paul.col.1.verſi. ſed oppo.contra regulam,ff.de verb.obli. Ange.in.§.illud, in authen.de æqual.dot. Imo.dum allegat Bar.in.d.§.& ſi placeat,in.l.2.§.vlti. col.2. verſi.ſed in caſu, ff.de donat. Paul. Caſtr. in.l.ſciendum,§.vlti.in fi.ff. qui ſatiſd. cogan. Cāpez in tracta.doti.in.3.parte,quæſtio.47. Soci.con.60. in præſenti conſultatione omnibus,colum.3. verſicu.præte-

rea

rea ad quid, lib. 1. Hippo. Marſil. in l. ſi redhibitus, colum. 2. verſicu. & facit nota. verbum, ff. de quæſtionibus.

2 ¶ Moueturq; preterea Bar. & Pau. Caſt. alijs rationibus, & ea potiſsimùm, quòd quandocunq; caſus ſuperueniens, qui ab initio impediuiſſet actum geri, tendit ad eundem effectum cum actu geſto, tunc nõ tollitur quod geſtum eſt ex ſuperuenienti illo caſu, l. verbis legati, in fi. ff. ad l. Falcid. & §. ex contrario, verſic. quod ſi vno, Inſtit. de legat. vti etiam voluit Dy. in c. factum legitimè, de regu. iu. lib. 6. & idem Bar. in l. ſi in metallum, ff. de his, quæ pro non ſcrip. Imo. in d. l. pluribus, col. 2. ver. in eadem glo. in fi. & iterum verſi. tu autẽ dictis, ff. de verb. obliga. & Philipp. Dec. in l. non eſt nouum, col. 1. ſub nume. 2. in fi. ff. de regul. iur. Igitur cùm hæc reſtitutio facta mulieri, propter inopiã viri, tendat ad ſecuritatem mulieris, vti etiam tendit ceſſatio illius cauſę, ſcilicet diuitiæ ſuperuenientes, certè tolli non debet effectus, id eſt, ipſa reſtitutio. Super hac tamẽ ratione, vide quod dicam infrà nume. 9. *Ratio illius opinionis.*

3 ¶ Et dicit etiam Bart. ad id videri caſum in d. l. ſciendum, §. vlti. qui ſatiſd. cogan. *De eadẽ re.*

vbi

vbi cautio interpoſita ꝓ ſecuritate à paupere nō tollitur ꝑ ſuperueniētes diuitias, quia id quod ſuperuenit, tendit ad eundē effectū ſecuritatis. Et ibi Pau. Caſt. qui hāc opinionē tenet, vt ſuprà diximus, dicit eū textū eſſe ad hoc meliorē, quā nullū aliū. & ita inquit Bar. poteſt reſpōderi ad quędam iura, quę dicūt paupertatis cauſa ceſſante, ceſſare & illius effectū, vt in. l. cura, §. deficiētiū, ff. de mune. & honor. & alijs, quæ nos adduximus ſuprà in paupertate ceſſante: ea enim procedunt, quando diuitiæ tendunt ad contrarium effectum.

4 *Qui contrarium tenuerunt.*

¶ Nec tamē hæc opinio in caſu, de quo loquimur, caruit cōtradictoribus, nempe Oldra. & Richar. Malū. vt citātur à Bal. in d. l. vbi adhuc. & ibi quoq; Alberi. col. 5. verſi. itē quærit idē, C. de iure doti. & Dy. in. d. l. ſi conſtante, & ibi quoq; Bal. & Ange. ſibi contrarij, & vterque in ſi. princi. & Roma. col. pe. verſi. item in quātum, in. 9. quæſtio. ff. ſolu. matrimo. idē Dy. in. l. poſt finitā, ff. de ſuſpect. tutor. Collecta. in. d. c. per veſtras, colū. 2. verſi. ſed quid ſi in caſu, de dona. inter vi. & vxo. Bal. in. l. ad cōparādas, in fi. C. manda. Angel. in. l. ſi cum dotem, §. ſi verò, ff. ſolu. matrimo. Pet. Ferrar,

rar.tit.for.libelli.quo vxor agit ad dotem,
in verbo,vxor quondam domini, col.5.in
paruis.verſi.ſed quid dices. Et omnes qui-
dem hac noſtra regula innixi,quòd ceſſan
te cauſa ceſſat effectus. cui tamen reſpon-
ſum eſt ex eo quod diximus.

5 ¶ Verùm & ad tutandã hanc poſteriorẽ
opinionẽ afferunt.d. c. per veſtras,de do- *Pro poſteriori opi.*
nat.inter vir.& vxor. vbi probatur, quòd
marito exigẽti dotem à tertio,qui eam pro
miſerat,non obſtat exceptio,quòd vergat
ad inopiam,ſi offerat cautionẽ de reſtituẽ-
do,vel petit eam deponi apud mercatorẽ,
ita vt per depoſitũ res ſit ſecura. Sed Imo.
in.d.l. ſi cõſtante,in prin.col.vlti.ver.item
adde ei,dicit eum tex.ſi bene inſpiciatur,
id nõ probare,vt patet ex his quæ antè di-
xerat circa intellectũ illius.Sed & dici po
teſt ꝙ inopia nõ allegabatur à muliere,ſed
à tertio,qui promiſerat dotem, cui tãtus fa
uor nõ debebatur.imò qui non videbatur
poſſe allegare hanc exceptionẽ.& ideo in
d.c.diſponitur,vt ſuprà diximus,et hoc pa
tet manifeſtè,quia ibi dicitur,quòd ſtatur
ſoli iuratoriç cautiõi mariti,ſi aliã reperire
nõ poteſt,& tamen certũ eſt, quòd ſi mari
tus eſt inops,nõ per hoc cõſulitur mulieri

nec euitatur reſtitutio ex capite inopiæ. imo tenent communiter doctores in. d. l. ſi conſtante, quòd reſtitutio dotis illo caſu nō euitatur per præſtationē cautionis.

6 *Præcedentiū opi. concordia.* ¶ In qua re Henric. Bohic, in. d. c. per veſtras. in fi. de donatio. inter vir. & vxor. hanc controuerſiā concordās tradit, quòd ſi maritus nō ſolùm factus eſt diues, ſed & ſapiens & diſcretus, procedat poſterior opinio. Si autem diues tantùm factus eſt, fortè ex ſucceſsione parentum, vel aliâs citra induſtriam, tāquam ſcilicet dormientis illius rete ceperit, vt eſt in veteri prouerbio, & tunc procedat prior opinio. Et pro hoc (inquit) facit. l. ſi creditores, ff. de priuilegiis creditorū, &. §. ſuſpectus, &. §. vlti. Inſtit. de ſuſpect. tutorib. Et id nuncupatim ſequitur Ioan. Lup. in repe. d. c. per veſtras, §. 25. incip. ampliabis quartò, in fi. dicens hanc concordiam menti eſſe tenendam, quia de iure & æquitate procedit, nec alibi eam reperit.

7 *Altera concordia.* ¶ Alij autē in hac re aliter diſtinxerunt. nam aut dos ita fuit vxori reſtituta, vt dominium ad eam tranſiret, vt contigit cùm actum eſt actione perſonali ad reſtitutionem dotis, vel declaratum eſt à iudice do-

miniũ eſſe apud eã: quod itẽ cõtingit, quã do actũ eſt reiuẽdicatione: & tũc vera ſit prior opinio, cũ ſit perfectiſsima executio ſecuta traditione, iuxta ea quę ſcribũtur in l.1.C.de pericul.& commu. rei vẽdi. licet res deueniat ad caſum, à quo nõ potuiſſet incipere, vt in dicto.§.& ſi placeat, & in.l. vt pomum, ff.de ſeruitut. Aut mulier egit hypothecaria, & res illi adiudicata eſt iure pignoris, vel prætorij, vel conuentionalis.& tunc ceſſante cauſa ob quam datum eſt id pignus, ipſo iure pignus reſoluitur, per.l. ſi pecuniæ, §. primo, ff. vt in poſſeſsio.legat.& ex regula tradita à Bar.in.l. ſi finita, §.Iulianus, ff. de damn. infect. Et ita nuncupatim voluit Franciſ. Aretin. in dicta.l. pluribus, §. & ſi placeat, colum.1. verſic.& ex hac concluſione, ff. de verbo. oblig. vbi id dicit eſſe de mente Bald. in d. l. vbi adhuc.

8 ¶ Alij denique ita hãc controuerſiã componũt, vt ſi pendẽte iudicio, quo vxor maritũ conuenit, vt illi fiat dotis reſtitutio ſecundum.d.l.vbi adhuc, ipſe maritus deſinat eſſe pauper, debeat ceſſare id iudiciũ ceſſante ſcilicet cauſa illius: ſed ſi iudiciũ finitum fuerit, ita vt iam facta ſit executio, *Alia item concordia.*

& dos

& dos mulieri aſsignata, nõ debeat ceſſare ea reſtitutio,ſiue aſsignatio:& ita voluit Cepola, in.l.actioni, num.9.ff.de de ædilitio edicto.

9 ¶ Sed quid ſit de illo caſu,illud tamen ſcire debes,non ſemper obtinere quod diximus,caſum ſuperuenientem,qui tendit ad eundem effectum cum actu geſto,non tollere,quod geſtum eſt:ſed tum demum tantùm,cùm nihil intereſt debitoris,vt per ſecundam cauſam ſuperuenientem irritetur prima, vt in iuribus ſuprà in id allegatis. At ſi illius intereſt,ſecus dicendũ eſt, per text. in.l. ſi fideiuſſor. §. primo, ff. qui ſatiſdare cogantur,&.l.1.§.2.ff.de curat.furioſ. quas in id expendit Franciſ.Aretin. in dicto.§. & ſi placeat, colum. 2. verſicu. vel ſi vis dicere.

*De eo quod dictũ eſt ſuprà.num.2.*

## DECIMAQVINTA LIMITATIO.

1 ¶ DECIMOQVINTO limita noſtram regulam, vt non procedat in priuilegiis dignitatum, quæ durant etiam finita dignitate,vt videre licet ex.l.eos qui, & ibi Io: Plate. C. de excuſat. muner. lib. 10. &.l. maximarum

*Hæc regula nõ procedit in priuilegijs dignitatum.*

maximarum, ad fi. & ibi glo. vlti. Bart. Angel. & Io. Plat. eo titu. & l. eam legem, eo. quoque tit. ex qua no. glo. quòd immunitas nó cum dignitate, ſed cum perſona extinguitur, & ibi etiã Io. Plat. & l. eos qui, & ibi item Ioan. Plat. C. de fabricenſ. lib. 11. & l. vlt. in fi. & ibi quoq; Plat. in fi. C. de Silentiar. lib. 12. & l. iubemus, & ibi idẽ Plat. C de Prox. ſacror. ſcrinior. eod. li. 12. & l. 1. & ibi glo. & Plat. C. de magiſtrat. ſcrinior. eod. lib. 12. & l. 1. & 2. & vtrobique glo. & Pla. de Præfect. prætor. eod. lib. 12. & l. 1, & ibi Plat. de Præpo. ſac. cubi. eod. lib. 12. & l. 1. de Primice. vbi etiã notat idẽ Plat. quòd dignitate depoſita retinẽtur veſtigia dignitatis. & l. 1. C. de Comi. qui prouinc. regunt, eo lib. cuius argu. ſcribit Specu. tit. de legato, §. finitur, qui eſt vlt. verſi. item no. quòd ei, quòd qui ſemel fuit legatus, ſemper ei debetur reuerẽtia in memoriam priſtinæ dignatis. & ſequitur Felyn. in c. quæ in eccleſiarũ, colu. 32. in. 5. fallen. ver. & hinc eſt quòd ei, de conſtit.

2 ¶ Atque ita, vt ſcilicet priuilegia dignitatum non ceſſent ceſſante dignitate, voluerunt (præter eos quos ſuprà citauimus,) Dyn. Io. And. Alber. & Philip. Fran. in c. *De eadẽ re.*

decet

decet conceſſum, de regu. iur. lib. 6. Nam Alberi. vti alibi, ni fallor, diximus, id. c. legit ſub titul. eiuſdem titul. ff. & voluerũt item Inno. Bald. & Barb. in cap. ſedes apoſtolica, extrà de reſcrip. Hippo. Marſil. latè ſingul. 107. priuilegium dignitatis. & ſingula. 179. viget communiter ſtatutum, col. 2. verſi. & vltra prædicta.

3 *De eadẽ re.* ¶ Et facit prẹter tex. ſuprà allegatos alius tex. in. l. vl. ff. de decurio. vbi qui fuit olim decurio, torqueri non poteſt, in memoriã priſtinæ dignitatis. Ex quo dicit ibi Frãc. Tig. quod Marti. Fanen. liberauit quendam à morte, qui cùm à iudice fuiſſet morti adiudicatus, appellauit. & inter cætera allegauit, quòd & ſi olim fuiſſet decurio ſuæ ciuitatis, tamẽ poteſtas illũ quæſtioni ſuppoſuerat, & in quæſtione cõfeſſus fuerat: ideóq; cùm quæſtio nõ valuiſſet, neq; etiã cõfeſsio facta in ea, quod dicit notandũ Barb. ĩ. c. ſedes apoſtolica, col. 4. verſi. & etiam allego, & Hippolit. Marſil. d. ſingular. 107. & d. ſingu. 179.

4 *Clericũ degradatum percutiens* ¶ Sed per illum tex. ſcribit glo. in cap. ad abolendam, in verbo, prærogatiua, de hæretic. quòd percutiens clericum degradatum incidit in canonem, ſi quis ſuadente.

propter

propter memoriam priſtinæ dignitatis. quod & ipſum voluit glo. id tamen declarans in. c. degradatio, in fi. & ibi quoque Doctor. eo. tit. lib. 6. & gl. in. c. accedēs. 50. diſtinctio. & in. c. 2. in glo. vlti. 54. diſtinctio. & in. c. dictū, 81. diſtinctio. & in cap. eos, in verbo, clerico. 20. q. 3. Felyn. in. c. contingit, le. 1. in fi. de ſentent. excōmuni. Hippo. Marſil. d. ſing. 179. col. 2. & è theologis Anton. Floren. in. 2. parte. 3. partis ſummæ, titu. 25. cap. 1.

*incidit in canonem.*

5 ¶ Quinetiā eiuſdem illius tex. authoritate, ſcribit alia glo. in cap. ſi qui epiſcopi, in glo. magna, paulò poſt mediū, 92. diſtinct. quòd ſi quiſpiā clericus fuerit electus ad epiſcopatum, nec tamē eum potuerit aſſequi ob plebis ſeditionem, ei quæ renūciauerit, manet clericus ſui epiſcopi, vt prius erat, & ab eo iudicabitur vt ſimplex clericus ſecundū. c. ad ſupplicationē, extra de renūciat. non tamen poterit eum deponere, ob memoriā priſtinæ dignitatis, & ſequitur Fely. qui eam gl. dicit not. in. c. quæ in eccleſiarū, col. 32. in. 5. fallen. verſi. vnde dicit, de conſtitutionibus.

*Clericus electus epiſcopus, & renūtiauit epiſcopatui, non poterit deponi à ſuo epiſcopo.*

6 ¶ Hucque etiam vergit, quod dicit gloſſ. no. in. §. generaliter, in verbo, præſtet, in

*Filius ob dignitatē pa-*

*triá poteſta te liberatus in eam non redit finita dignitate.* authẽ.cõſtit. quæ de dignitat. quòd filius qui propter dignitatem liberatus eſt à patria poteſtate,nõ redit in eam dignitate finita & ſequitur Alberic.in authẽ.ſed epiſcopalis,verſi.ſed an liberatus. C. de epiſco.& cleri,& Ioã.Plat.in.l.vlt.C.de Conſulib.lib.12.& idem voluit Dynus in.d.c. decet conceſſum, de regu.iur.lib.6.& nos quoque diximus in noſtris legibus cõnubialibus,in gl.3.in verbo. & n'eſt plus en pouuoir de ſon pere,in princ.

7 *Aduocatus officio depoſito manet clariſsimus. Nec torqueri poteſt. Et ad eum mittitur vt ad egregiã perſonam.* ¶ Et quod egregiè ſcribit Bart. in.l.1.per illum text.C. de aduocat.diuerſ.iudicum, quòd qui depoſuit officiũ aduocationis, eſt tamen vt prius erat,& appellatur Clariſsimus , nec debet torqueri : & ad eum mitti debet , vt ad agregiam perſonam. & ſequitur Felyn.in.d.c.quæ in eccleſiarum, vbi ſuprà,verſi.& hinc eſt quòd qui depoſuit,de conſtitutio.& Iaſon,dum illũ ſimpliciter allegat,in.l.ſi ita ſtipulatus ſit,col. 6.num.27.ff.de verb.oblig.&. d.cõſi. 179. col.2. verſi.& faciunt dicta.

8 *Abbas depoſitus ſine culpa pri-* ¶ Et quod idẽ tradit Ioã. Lignam.in clemen.ne in agro,de ſtatu. monachor. quòd qui ſemel fuit abbas depoſito officio ſine culpa,obtinet primum locum in choro &

conuentu

conuentu poſt abbatem, in memoriam pri ſtinæ dignitatis, & ſequitur Imo. ibi, col. 14. ver. in vltima quæſtione dicit. & Fely. vbi ſuprà, ver. & hinc eſt quòd qui ſemel. & Iaſon in. d. §. Chryſogonus, col. 6. verſi. hinc eſt quòd qui ſemel, ff. de verb. oblig. A quo nō longè abeſt quod tradit Guid. Pap. deciſio. delphina. 377. quid ergo ſi quis ex dominis, quòd domini parlamēti iiſdē gaudent priuilegiis dignitate priuati, ſola volūtate principis, & ſine crimine, quibus & in ea conſtituti.

*mū locum poſt abbatē tenet.*

*Cōſiliarius ſola volunta tate principis depoſitus iiſdem gaudet priuilegijs.*

9 ¶ ADDE quod pulchrè ſcribit Bald. id tamen declarans in. l. obſeruare, §. proficiſci, col. 4. verſi. ſeptimò quæritur, ff. de offic. Procōſul. ꝙ offendēs eius poteſtatem, vel eius familiā tempore ſyndicatus ita debet puniri, ac ſi eum offendiſſet tempore officij, propter reliquias priſtinæ dignitatis arg. l. 1. C. vt cauſ. poſt puber. adſit tut. et ſequitur Pau. Putea. in tract. ſyndicat. ver. an offendens, &. §. officialis finito officio, ver. 1. &. §. dicitur autē, col. 1. Auguſti. Ari. in addit. Angel. Are. in tractat. malefic. in verbo, Caium Sempronij. char. vlt. ver. & diligenter pondera. & Iaſon in. l. ſciendū, §. vlti. verſi. facit quod ſing. ff. qui ſatiſd.

*Poteſtatē offendēs tempore ſyndicatus eadē pœna punitur ac ante ſyndicatū.*

 cogan.

cogā.vbi id dicit ſingu.& in.d.l.ſi ita ſtipulatus,§. Chryſogonus, vbi ſuprà, ff.de verbor.obligatio. & in. l. principalibus, col. vlti.verſic.ſecundò quæro, ff. ſi cer. peta. vbi ex eo. infert quod ſicut dans alapam poteſtati debet capite puniri ex ſententia Bal.in.c.1.§.iniuria, in princip.tit. de pace iuramē.firman. ita & is qui dat alapam ei in ſyndicatu exiſtenti.

*Dans alapā poteſtati capite punit.*

10 ¶ Cui et illud germanum eſt, quod nota. traditum eſt ab Alberico in.2.parte ſtatutor.quæſt.20. incip. quòd ſi ſtatuto. quòd percutiens eum qui fuit Prior vel Antianus, punitur eadem pœna, qua percutiens Priorem vel Antianum, per Lordo, ff. de public.iudic.& l.ordine, ff.ad municipal. quam deciſionem longè latéque approbat & confirmat reprobatis aliis, qui contrarium tenuerāt, Hippol.Marſil. ſingu.179. viget cōmuniter ſtatutum. & faciunt alia quæ dicam in ſeq.limitatio.

*Priorem antiquum percutiens eadē pœna punitur, qua ſi eum qui nunc eſt percuteret.*

11 ¶ Sed hæc intelligenda ſunt in dignitate tantùm, de qua etiam tātùm locuti ſumus, nō etiā in mero officio, cui nulla eſt annexa dignitas: quia eo officio finito finitur & omne priuilegiū, quod ex eo proficiſcitur, per text. iuncta gloſſ. vt à multis ci-

*An ſuperiora habent locū in mero officio vt in dignitate.*

tatur

tatur in.l.1.& ibi etiã doctor. C.de excuſa. muner. lib. 10. & voluit etiam Bart. in.l.1, col. 3.verſi.ſed quæro an talis dignitas, C. de mulierib.& in quo loco,eo lib.10. & in l.vniuerſi,& ibi etiã Ioan.Plat. C.de lega tio.eo.lib.& in.d.l.maximarũ,ad fin.et ibi quoq; Angel. & Io.Plat.in.6.no. eod.tit. vbi ipſe Plat.allegat alia iura, & idẽ Plat. in.l.eam legem,eo quoque tit.

12 ¶ Ex quo redditur dubium quod no. voluit Bald.in.l.data,col.11.verſi.de eo qui ſe aſſerebat,C.de his qui accuſ.nõ poſſ.quòd mitiùs ponitur is qui aliquãdo fuit notarius,ſed poſtea priuatus officio cõficit inſtrumẽtum, propter primordiũ veritatis, ſiue(vt nonnulli qui eum citant,dicunt,in memoriam priſtini officij, arg.§.quia verò veriſimile,in authẽ. de non alienã. reb. eccleſ.quod & ipſum voluit idẽ Bald.in.l. ſi quis.C.de aquæduc.lib.11.Et illũ tamen ſequitur Io.Ana.in.c.accedẽs,ad fi.de crimine falſ.Alex.cõ.50.põderatis verbis ſtatutorũ.col.2.ver.& idẽ dicit,lib.3.& Fely. in.c.quæ in eccleſiarum,col.32.in.5.fallen. verſic.& hinc eſt quòd mitiùs, de conſtitut. qui & hoc tribuit memoriæ priſtini officij. & in. c.ſuper literis,col.20. verſic.

*Notarius olim qui conficit inſtrumentum an mitius ſit puniẽdus.*

pro quo facit, de reſcrip. Iaſon qui id ſing. dicit in. l. ſciendũ. §. vl. nu. 10. ff. qui ſatiſd. cogãt. & in. d. §. Chryſogonu. col. 6. verſi. ad idẽ vltimò facit. Hippol. Marſil. ſingu. 35. ille qui nunquã fuit. & d. ſingu. 179. col. 2. verſi. & faciunt etiam quæ dixi.

13 *Contra illã opinionem.* ¶ Et ego certè vix illorũ opinioni accedere quãuis neminẽ reperi qui ei cõtradixerit, hic enim plus delinqre videtur qui depoſitus ab officio ob crimẽ, illud nihilo minus exercet, cũ præterquã quòd crimẽ falſi cõmittit, vt alius qui vnquã fuit notarius, contẽnit iuſtitiã, eſtque magis incapax huius muneris, quã qui nũquã illud eſt adeptus: & eſt illud primordium, quo Bal. nititur omnino ſublatũ per priuationẽ factũ ob crimẽ: nec quicquã operari poteſt ad cõmodũ illius qui ita priuatus eſt, argu. l. nec infames, C. de decur. li. 10. & l. 1. & ibi Barto. C. de infamib. lib. 12. cũ aliis multis ſimilib. à me adductis in tract. Nobilita. c. 24. nu. 7. incip. intellige tertiò & multis ſeq. Et bene facit quod diximus ſuprà nu. 8. de abbate depoſito ſine culpa qui potitur prærogatiua loci, vt priùs: ſed ſi ob crimẽ depoſitus eſſet, minimè, vt volue re Ioan. Ligna. & alij ibi allegati.

Decima-

# DECIMASEXTA LIMITATIO.

1 ¶ DECIMOSEXTO limita generaliùs quã in præcedẽ.limitatiõe, vt noſtra regula nõ procedat, quoties remanẽt reliquiæ priſtinæ cauſæ, nã licèt ea maxima ex parte ceſſauerit, non tamen omnino extingui tur effectus, propter illas reliquias. vt præter alios tex. quos citauimus in.d. præced. limitat. ſatis etiam probat tex. in.l.2. &. 3. & ibi Dy. qui id no. ff. rer. amot. vbi contra illam quæ deſiit eſſe vxor, nõ inſtituitur turpis actio, in honorem præteriti matrimonij. & tex. in.l. ex duobus. ff. de vulgar. & pup. & l. ſed ſi vnus, §. ſeruus, ibi, in memoriã priſtini dominij. ff. de quæſtio. & l. ſeruos non ſolùm, C. eod. titu. vbi glo. alegat concordan.

*Hæc regula non habet locũ vbi remanent quædã reliquiæ cauſæ.*

2 ¶ Et ita nuncupatim noſtrã regulã limitãt gl. Dyn. Io. And. Alberic. & Philipp. Franc. in.c. decet conceſſum, de regu. iur. li.6. Io. And. in.c. poſt tranſlationem, col. vl. & ibi Ant. col. 4. ver. tu dic latiùs, Imo. col. 5. nu. 36. & col. ſeq. nu 40. & iterũ col. 8. nu. 51. de renunciat. Bar. in.l.2. §. vlt. in fi. ff. de donatio. Bal. in.l. patre furioſo, in pri.

*De eadẽ re.*

lect.poſt princ.& in.2.ad fin.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur.& in.ylt. colum. 4. verſi.quartò quæro,ff.de feri.& in.c. cùm ceſſante,in.4.not.de appellat.Angel. in.l. minoribus,C.de his quib,vt indig. Henric.Bohic in.c.& ſi Chriſtus, colum. 1. de iureiuran. Alex.in.l.ſi cum dotem,§. ſi maritus,col.3.verſi.vel poteſt reſponderi, ff. ſolu.matrim.& in addit.Nico.Neapol. in l.2.§.non ſolùm,ff.de excuſa.tutor.Iaſ. in. l.ſciendũ.§.vlt.col.3.verſi.quartò pro iſta parte,ff.qui ſatiſd.cogan.Franc. Rip. in.l. ex facto.colum.3.nu.16.ff.de vulga. & pupill.ſubſtitut.

3 *Vaſallus poteſt renunciare feudo inuito domino.*

¶ Et per tex.in.d.l.ſi vnus,§.ſeruus,ff.de quæſtio.voluerunt Hoſtien. Cardi. Flor. Anton.Imo.& Felyn.in.d.c. quæ in eccleſiarum.ille col.1.in verbo,alienandi,verſi. ſed nunquid vaſallus,alter in fi.Anto.col. 2.ver.an vaſallus poſsit,Imo.col.3.ver. & intelligit etiam,Fely.col.32.in.5.fallen. in prin.de conſtit.quòd licèt vaſallus poſſit renũciare feudo,inuito domino, per tex. in.c.1.tit.de vaſall.qui cõtra cõſtit.Lothar. non tamen poſt eam renunciationem poteſt,nec debet offendere dominũ ob memoriã priſtini dominij.quod & ipſum voluit

*Non tamen poteſt eum poſtea offendere.*

luit ipſe Card. Flor. in clē. paſtoralis, ver. deniq;, in. 7. q. de iudi. vbi & ad hoc allegat tex. in. d. illo. c. 1.

4 ¶ Quibus adde duo dicta Bal. Primū, in. l. genero, col. 1. ver. vlterius oppo. C. de iu. dot. ꝙ ex patris ſtipulatione de reddenda dote quæritur filio emācipato actio vtilis, propter reliquias præcedētis poteſtatis, ar gu. l. cū talē, §. vl. ff. de hæred. inſtit. Alterū eſt in. l. in reb⁹, col. 3. ver. tertiò noto, ibi, tu dic ꝙ aut cōſideram⁹, C. eod. tit. de iur. dot. ꝙ vxor cōſtāte matrimonio cēſetur quodā modo domina rerū dotaliū propter veſtigia & reliquias præcedētis dominij, & in his vir imaginē vxoris repræſētat, arg. l. cū notiſsimi, §. 1. C. de præſcrip. 30. annor. *Filio emancipato quæritur actio ex ſtipulat. patris de dote reddēda. Vxor cōſtāte matrimonio cenſetur domina dotis. Vir in dote imaginem vxoris repreſentat.*

5 ¶ Adde & tu alia ſimilia, in quib⁹ ob reliquias, veſtigia, & memoriā priſtinæ cauſæ effect⁹ nō ceſſat, etiā ſi cauſa ipſa ceſſet, quæ & tu videre poteris apud Io. And. in c. cōſulti, col. 2. ver. in gl. 1. diſſolutæ, & ibi Anto. col. 2. ver. gl. ſuper verbo, ſeculariter & Panor. col, itē. 2. ver. ex quo inferūt, extrà de regular. qui omnes loquūtur de memoria priſtinæ religionis. & eūdē Io. An. in. c. vlt. ad fi. eo tit. Fely. latè in. c. quæ in eccleſiarum, col. 32. in. 5. fallen. de cōſtit. & *Alia ſimilia.*

Hip-

Hippol.Marſil.ſing.79.viget communiter ſtatutū,& quæ etiam nos diximus in præced.limitat.in qua ſpecialiter locuti ſumus de reliquijs & veſtigijs dignitatis.

6 ¶ Adde inquā & alia in quibus reliquię ſunt tanti roboris, vt perinde excludāt ſequentes ordine, ac ſi totū ipſum remaneret. quod ex eo videre licet, quòd reliquię prioris tutelæ excludunt ſequentem tutelam, vt plenè nota.in.l.1. C.de teſta. tute. &.d.l.ſi quis ſub conditione, & ibi Barto. ff.eod.& voluit etiam Bal.in.l. cùm antiquioribus,col.6.ver.quintò ſic ſicut reliquiæ, C.de iure delib.& Card.Alex.in.c. 1.ver.quartodecimò ſicut reliquiæ,đ feud. March.& diximus in tracta.primigenior. qu.40.nu.71.incip.31.vbi rei quæ deficit.

*Reliquiæ prioris tutelæ excludūt ſequentem.*

7 ¶ Sed ita tamē vt nō illud ſpecialiter omittamus, ꝙ inimicus reconciliatus non ſtatim eſt iudex vel teſtis idoneus, cū adhuc dubium ſit, an remanſerint quędā reliquię odij, ſed expectandū eſt, vt amicitia ſit longo tēpore confirmata, & ſint obliterata omnia inimicitiarum veſtigia, per tex.no.in.c.accuſatores & teſtes, ꝙ eſt.2.& ibi gl.3.quęſtio.5.Et ita voluit gl.in.c. per tuas,le.1.in verbo, inimicitias capitales, in fi.&

*Inimicus reconciliatus an ſit teſtis aut iudex idoneus.*

ſi.& ibi Ioan. Ana.col.3.ver.in glo. in ver bo,capitales,& Fely.col.vlt.ver.in eadem gl.in ſi.de ſimo.Inno.non obſcurè in.c. cũ oporteat,col.vlti.in verbo,inimicos,& ibi clariùs Panor. col.2.ver.itẽ aduerte, Ioan. Anan.col.3.verſi.nunquid autem reconciliatio,& Fely.col.5. verſi. nunquid autẽ reconciliatio,de accuſa. Idem Inno.in.c. cùm I.& A.paulò ante fin. & ibi etiã Im. col.pe.ver.tertia fuit quę colligitur, de re iudica.vt à nonnullis citantur. licèt aliud dicere,videantur,quamuis allegent.d.c.accuſatores.Specul.titu.de iud.deleg. §. ſuperest videre. ver. iterum quòd quodam, & ibi Io.And.in additio.Roma. ſingula. 315.incip.Innoc.in.cũ I.Alex. con. 99. in cauſa inquiſitionis formatæ contra Iacobum,col.1.ver.& quamuis tẽpore,li.1.Firmia.in tract.de epiſc.in.4.parte lib.4.ver: decima tertia.Felyn.in.c.ſi pro debilitate, col.3.ver.cõfirmo hæc per tria,de offic.de leg.& in.c.1.col.1.poſt princi.de iudici.& in.c.quoties,col.1.de teſtib.& cõ.3. habẽt legiſtæ,col.vl.ver.4.adduco, vbi dicit ſin. tex.ĩ.d.c.accuſatores.Hip.Marſ.ĩ.l.1.§.ꝑte rea,col.2.ver.ãplia etiã hũc tex. & hãc regulã, & ver. intellige tamẽ,de quæſtio. &

in re-

in repe.l.vl.char.16.C.de probat.& ſingu. 107.priuilegium dignitatis.verſi.item adde quod inimic⁹,&.d.ſing.179.col.2. ver. item facit etiam,nā inimicus. Ludo. Care. in repe.l.obſeruare,quæ eſt.2.in prin. nu. 118.ver.amplia etiā in inimicitia.C. quor. appella.non recip. Ioan.Crot.in tracta. de teſtib.char.6.col.3.verſi.decimò extenditur. Maria.Soc. Iunior cō.79.licèt in pręſenti,col.10.nu.42.lib.1.Et facit quod in ſimili diximus,ſuprà in.12.limitat.num. 11. incip.adde &illud,de Iudæo recens facto Chriſtiano.

8 ¶ Et has certè inimicitias recōciliatas eſſe ſuſpectiſſimas docet Cicero in oratione pro Milone, In communi omnium lætitia,ſi etiam ipſe gauderet,timeret, ne videretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ. Et alibi, Ego cū omnes amicitias tuēdas ſēper putaui ſūma religiōe & fide, tamē eas maximè quæ eſsēt ex inimicitijs reuocatæ in gratiā, propterea ꝙ ītegris amicitijs officiū prætermiſsū imprudētiæ, vel vt grauius interpretemur, negligētiæ excuſatio ne defenditur: poſt reditum in gratiam ſi quid eſt commiſſum, id non neglectum, ſed violatum putatur: nec imprudentiæ,

*De eadēre, ex extremis authoribus.*

ſed

ſed perfidię aſsignari ſolet. Idē pro Deiotaro rege ſcribit Cęſarē fuiſſe huiuſmodi, vt nemo illum placauerit inimicitijs, qui vllas reſediſſe in eo ſimultatis reliquias ſenſerit. Et huc reſpiciens Horat. ad Iuliū Florum, lib. Epiſtol. 1. Epiſto. 3.

Debes hoc etiā reſcribere ſit tibi curæ
Quantum conueniat Numatius, an ma
lè ſarta.
Gratia nec quicquā coit & reſcinditur.

Diuus autem Hieronymus ad Rufinum, profitetur ſe ad reconciliatas inimicitias purè colere, & non iuxta Plautinam ſententiam, altera manu lapidem tenere, panem offerre altera. Et idem alibi in ipſum Rufinum lib. 1. monet amicos poſt recōciliatam ſimultatē, etiā leues vt ſuſpitiones fugiant: ne quod fortuitò fecerint, cōſultò facere putentur. Vide tamen interim tex. in. §. inimicitiæ, Inſti. de excuſat. tutor.

9 ¶ Tamen contra hanc limitationem videtur eſſe text. in. l. vlti. ff. vnde lib. vbi ſi filius dedit ſe arrogandū, non poterit amplius dicere contra tabulas, licèt etiā poſt arrogationē remaneant quædam reliquię filiationis naturalis, l. tutelas, ff. de capit. diminutio. cum ſimili. Ideo Imo. & Rom. *Contra hāc limitationē*

in. l.

*Reſolutio huius limitationis.* in.l.2.§.vl.ille col.2.verſi. itẽ adde inquãtum:hic col.vl.verſi. vlterius inquantum, ff.de donatio. id preſentientes dicũt illud in hac re dici poſſe,ꝙ ceſſante cauſa ceſſat diſpoſitio,licet maneant aliquæ reliquiæ. Niſi tamẽ in caſibus, in quib⁹ lex aliquid ſtatuit propter memoriam priſtini ſtatus, vt in.d.l.vnus,§.ſeruus, ff. de quæſtio.&. d.l.vlt.ff.de Decurio. &.c.1.ad fi.tit. conſtit.feud.domi.Lothar. Tanquam ſcilicet intelligãt reliquias priſtinæ cauſæ nõ eſſe conſiderãdas in hac noſtra regula, niſi in caſibus expreſsis. Et id fortè verius eſt, niſi in reliquijs eſſet eadem ratio.

## DECIMASEPTIMA LIMITATIO.

1 ¶ DECIMOSEPTIMO limita hanc noſtram regulam, vt procedat cùm omnino ceſſat cauſa: ſecus ſi ſit ſuſpenſa tantùm,& non obrupta: nam tunc non etiam obrumpitur effectus. l. ſi extraneus, &. l. quod ſeruus, ff. de condictione ob cauſam. Et ita per illos textus dicit Bald.in.c. quemadmodum, colum. 2. verſicu. nota tacitas conditiones,de iureiurando. *Hac regula nõ habet locũ, cùm ſuſpenſa tantũ eſt cauſa.*

¶ Cui

2 ¶ Cui adde quod tradit ipſe Bald.in.c.1. col.2.verſi.& ad idẽ facit, tit.hic finit lex, eſſe longam differentiam an aliquid ſuſpendatur, an verò omnino abrumpatur, per not. in.l.2.§.ex his,& in.l.inter ſtipulantem,§.ſacram,ff.de verbo.obli. & hæc verba dicit eſſe.l.illa inſtitutio,§.1. ibi, in ſuſpenſo retinentur , nõ abrumpuntur,ff. de hæred.inſtit. Et ex his Bald.vbi ſuprà, decidit pulchrã queſtionem,poſt glo.ibi, vt apud eum videre poteris.& benefaciũt quæ dicam inferiùs in.31.limitatione.

*Differentia an àliquid ſuſpendatur an abrumpatur.*

# DECIMAOCTAVA
## LIMITATIO.

1 ¶ DECIMOOCTAVO limita,vt ꝓcedat ceſſante,id eſt extincta cauſa,ſecꝰ ſi interpretemur ceſſante adimpleta:nãtunc cùm ſcilicet adimpleta eſt , licèt ceſſare videatur,nõ tamẽ propterea ceſſat effectus,ꝑ id quod habetur in.l.ſi iã facta, &.l. cõditionem quę in futurũ,ff.de condit.& demõſtra.vbi implementũ cauſę legati non reſoluit,ſiue nõ facit ceſſare legatum, imò ipſum corroborat & cõfirmat,ꝑ quos quidem tex. Bal.in.l.filia legatorũ, col.1.in.2.

*Hæc regula nõ habet locum cauſa adimpleta.*

quæſt.

quæſt.& ibi quoq; Saly.col.1.verſi.ſed an pro reſiduo. Ang.in prin. Paul.Caſt.ver. ſed pone quòd minus, vbi id dicit conſulendo tenuiſſe, Corne.col.1.verſi.ſed dubitatur an poſsit,& Iaſ.col.2.verſi.prędicta, & iſti tex.& Iacob.à.S.Georg.qui hãc dicit eſſe communem opinionem, C. de lega.ſequuntur Oldra.qui fuit eius opinionis, vt teſtator, qui plus legauit pro dote, poſtea minùs dedit in dotem, nõ videtur minuiſſe legatum: quaſi videlicet per illã vltimam dationem in dotem, & ſequens matrimonium non ceſſauerit, id eſt, non extincta fuerit cauſa finalis legati: ſed ſolùm ceſſauerit,id eſt,adimpleta fuerit.

*Teſtator qui plus legauit pro dote, & poſtea minus dedit, non videtur minuiſſe legatum.*

2 ¶ Quod nota, quia admodũ ſubtile eſt, & id etiam ſequitur Paul.Caſt.conſi.148. proponitur in facto,quòd quædam teſtatrix,lib.2.vbi per hoc cõſuluit, quòd ſi ea cui quis teſtamẽto dotem reliquit, nubat interim antequam teſtator moriatur,ſitq́; ab alio dotata: ei tamen debetur legatum veluti cauſa legati nõ extincta, ſed adimpleta. Id quod etiam antè tenuerat Guid. Cu.ĩ.l.cũ is,§.ſi mulier,ff.de cõdic.indeb. per tex.in.l.Publius, in prin.ff.de cód.& demõſt. atq; etiam Ray.Forliu. per.l.hæc conditio,

*Dotata in teſtamento, poſtea ab alio dotata, legatũ dotis no perdit.*

conditio,la.1.eo titu. quos ipſe Pau.citat.

3 ¶ Sed & id quoq; tenuerunt Oldra.Bar. *De eadē re.* qui tamē declarat, & alij in.l.Lucius,la.1. ff. de lega.2. Bald. in. l. huiuſmodi,§.cùm pater, & ibi recentiores, ff. de lega. 1. & idem Bald. in .l. vlti. ad fi. C. de ſenten. quæ ſine cert. quantit.& con.330. caſus ta lis eſt, auus reliquit nepti,lib.5.& iterum con.493.cōſiderato, quòd teſtator,eo lib. 5. vbi & ipſe diſtinguit Pet.Anchar.in.c. filius,col.vlt.verſi. vltimò circa proximè dicta,de teſta. Alexan. con. 7. viſis & diligenter animaduerſis,colum.4. verſi.hoc in terminis,lib.2. quod repetitur,con.88. lib. 6. vbi illū omnimodo vide. & ipſum quoque Alexan. conſi. 95. repetitus, col. vlti.verſicu.circa ſecundum, lib.7.& Bal. conſi.360.quia dictum legatum,lib.4.

4 ¶ Et huc quoq; pertinet,ꝙ per.d.l.ſi iam facta,de condi.& demonſtra. atque etiam per.l.antepen.de inſtitu.& ſubſtit. voluit ipſe Bald.in.d.l.vlti. colum.2. verſi.pone teſtator,C. de ſenten. quæ ſine cert.quantit. proferuntur, quòd ſi teſtator reliquit decem Berthæ, pro ea maritanda, quæ ipſa tempore teſtamenti erat iam maritata, debetur illi legatū. quē refert & ſequitur *Dos teſtamento relicta debetur ei quæ iam maritata erat.*

Alex. con. 146. in cauſa, & lite inter nobilem Raphaëlem, colum. 2. verſi. & ſimiliter dicit, lib. 5. & Hippol. Marſil. in repet. rubr. de fideiuſſorib. nume. 85. & Ioan. Lupus in repet. c. per veſtras, §. 20. verſi. ex hoc dicebat, de donatio. inter virum & vxorem. Tu autem vide Paulum Caſtr. conſil. 308. in iſto facto, colum. 1. verſicu. ſecundò facit dubium, lib. 1.

## DECIMANONA LIMITATIO.

1 *Cauſa nullitatis ceſſãte nõ ceſſat nullitas.* ¶ DECIMONONO limita noſtram regulã, non procedere, quãdo actus quiſpiã eſt nullus, propter aliquã cauſam: quia ſi etiã poſtea ceſſet ea cauſa, non tamẽ ceſſat effectus nullitatis, id eſt, non reconualeſcit actus, propter ceſſationẽ cauſæ, vt probatur ex. §. 1. Inſti. de exh. liber. iuncta, l. Papinianus, in princ. ff. de inoffi. teſta. & ex l. eius qui, ff. de teſta. & §. præterea. Inſti. quibus nõ eſt pmiſſ. fac. teſta. & §. 1. Inſti. de inutilib. ſtipu. & c. 1. de deſpõſa. impu.

2 *De eadẽ re. Declaratio* ¶ Et ad hoc quoque facere videtur. l. filiam, ff. de Senato. quę repetitur ad verbũ, in. l. generali, §. vlti. ff. de ritu nupt. vbi ſi

filia

ſilia Senatoris contraxerit matrimonium cum libertino, id quidem matrimonium nullum eſt: nec vires reaſſumit, etiã ſi cauſa, ob quam il lud matrimonium non valebat, ceſſat, quia ſcilicet pater deſijt eſſe Senator. Verùm Bal. ibi, in priori lectura, dicit illud ibi ideo procedere, ꝙ ius iã filiæ erat quæſitum, quod pertinet ad vndecimam limitationẽ, vbi diximus. In poſteriore autem lectura idem Bal. dicit eam cauſam fuiſſe remotam, qua ceſſante non ceſſat effectus, & id pertinet ad ſequen. limitatio. vbi dicemus. Vel dici quoq; poteſt, vt dicemus ex Alberico, infrà in. 33. limitatio. Vel etiam dici poſſet vltra eos, quòd ibi qualitas impediens non ceſſat, quia filia per caſum patris, non deſinit eſſe filia Senatoris, per. l. emancipatum, §. ſi quis conceptus, ff. eo titulo de Senator. quod bene animaduerterunt Ray. & Alberi. d. l. filiam.

*l. filiam, ff. de Senator.*

3 ¶ Sed ſi hæc qualitas deſineret, ita vt res veniſſet ad eũ caſum à quo incipere potuiſſet, vtrũ actus vires aſſumeret, ingens eſt labyrinthus. Ideo lectores relego ad glo. Bart. Floria. à ſanct. Petro, in. l. per fundum, ff. de ſeruit. ruſtic. præd. glo. & Bar.

*Vtrũ res inualida quæ ad eũ caſum venit, à quo incipere potuit, reconualeſcat.*

Bar.col.2.in.l. cum viro,ff.de vſucap.glo. & alios in.c. quod initio, & in.l. quæ ab initio,quæ eſt pen.ff.de regu.iur. Dyn.& Bar.in.l.filius,ff.de ſolutio.eundem Dyn. & alios in.c. non firmatur,& in.c. factum legitime,de regu.iur.lib.6.Bar.in.l. pluribus,quę eſt pe.§.& ſi placeat,ante mediũ, verſi.circa primũ, & ibi cęteros recentiores,ff.de verb.obli. & eundẽ Bar.in.l.cætera,in princi.ff. de lega.1. Bald.in.l.patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. Roma. conſil.509. circa propoſitam conſultationem, in.5. dubio. Barba. qui alios multos citat, conſil. 70. illud in medium referam, colum. 1. &. 2. lib. 3.

## VIGESIMA
### LIMITATIO.

1 ¶VIGESIMO LIMITA, vt noſtra regula procedat in cauſa propinqua & immediata,non etiam in remota,ſiue mediata,vt voluit glo.in.l.ſi mulier, per eũ tex. ff.rer.amotar.& alia glo.à paucis in id annotata,in.l.1.in verbo, te filio,in.5. oppo. C.de pact.Dyn.non obſcure in.c.priuilegiũ,in ſolut.1. oppoſitio. de regu.iu.lib.6. Bal.

*Hæc regula procedit in cãimmediata, non in mediata.*

Bal in.l.filiam,per eum tex.ff. de Senator. in.2.lectu.& in.l, ſi cùm dotem,in princi. col.vlt.ver. ſecundò inducuntur,ff. ſolut. matrimo.quòd poſita cauſa immediata, & proxima,ponitur effectus: remota, remouetur effectus. Panor.in cap. ex parte tua, col.2.ver.ſecunda ſolutio,de conuerſi.cōiug. Cepol.cauſ.criminal.conſi.2.ſuper caſu homicidij,colum.2. verſic.& quòd hoc ſit verum,cum multis ſequen.vt col.3.ver. & ideo cùm ſumus, vbi dicit, quòd cauſa proxima eſt vera,&propria cauſa:remota autem ficta, & impropria. Ideo non habet locum in ſtatutis.

2 ¶ Nec id à noſtratibus tātùm fuit annotantum, vt ſcilicet deficiente cauſa remota non deficiat effectus,quando & Theologi ſcolaſtici,non pauci fuerint eiuſdē ſententiæ, & inter cæteros Alex. Hales illorum anteſignanus, & è cuius ſchola, veluti ex equo Troiano prodierunt cæteri eiuſdem notę proceres,in.4.parte ſuę ſummę,q.20. mēb. 2.arti.2. §. 1. col.2. in ſolu.2. argumē. & Diuus Bonauentura lib. 4. ſententiar. di. 22. ar. 1. quæſt.1.& Gabriel Biel. lib.1. eiuſdem operis, diſt. 45.quæſtio.vnica, & iterum lib.2.di.1.quæſt.2.in.2.no. *Ad idē ex Theologis.*

3 ¶ Nã & aliâs cauſa finalis immediata attendi debet, vt ſcribit Signo. Homod. doctor laudatiſsimus. con. 79. cuius exordiũ eſt, factũ ſic ſe habet, in quæſtione vertẽte inter dominũ, col. 2. verſicu. præterea cauſa finalis, per. l. cùm quis, cum ibi nota. ff. de dol. mal. &. l. ſi ob turpem, ff. de condictio. ob turp. cauſ. &. l. nec tamen, ff. quod met. cauſ. Et bene facit, quod diximus in. 13. limitatio. num. 8. incipiente ſunt & qui dicunt, ſcilicet cauſam remotam, & mediatã dici potiùs occaſionẽ, quàm cauſam.

*Cauſam immediatam attendi debere.*

4 ¶ Sed quòd ſemper aliâs magis operatur cauſa proxima, quàm remota, l. ſociũ, qui in eo, §. 1. ff. pro ſoc. vbi Bald. dicit cauſam remotam æquiparari cauſæ impulſiuæ, & non finali, &. l. qui domum habebat, in fi. ff. loca. &. l. huic ſcripturæ, ff. ad legem Aquil. &. l. idẽ & ſi. §. ſed & quod meretrici, ff. de cõd. ob turp. cauſ. &. l. ſed & ſi plures, §. in arrogato, & ibi Bar. & iterũ, l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulg. & pupil. &. l. 2. §. ſicuti, ff. de hæred. vel actio. vend. &. l. ſed ſi ſic, §, vlti. ff. de legat. 3. &. l. rogaſti, ff. ſi certum petat. &. l. metus autem, §. ſed licèt, ff. quod met. cauſ. vbi not. Bartol. quòd in dubio tex. loquens de cau

*Cauſam propinquãmagis operari, q̃ remotam.*

*Cauſa remota æquiparatur impulſiuæ.*

ſa intelligitur de proxima, nõ de remota, &.l.carbonum, ff. de verb,ſigni.&.l.cùm de hoc,ff.de except.rei iudic.&.l.2. C.eodẽ tit.&.c.nõ poteſt,de præbend.lib.6.

*Cauſa in dubio intelligitur de propinqua.*

5 ¶ Et voluit præterea Oldra. cõ.25.thema tale eſt, aliqui propter defectũ,col.1. verſi. præterea quãtò cauſa eſt,vbi dicit quòd iuriſtę proximã cuiuſq; rei cauſam attẽdũt, Io.And.in addit.Spec.tit. de iniur.§.ſequitur,ver.ſed pone inimicus Bar.in.l.vl.col. 2.verſi. præterea in cõditione,ff.de cõd.ſine cau.Bal.in.l.ex placito,col.1.&.2.C.de rer.permut. vbi id probat multis rationibus,& in.l.1.§.ſimili modo,C. de Lat. lib. tollen.& in.l.cùm antiquioribus,col.pen. verſi.ſextò quia filius,C. de iure delib. & in.l.ſub prætextu,la.1.col.2.verſi.præterea ſi dolus, C.de tranſact.& in.l.vxor tua,C. famil. herciſcun.& in.l.1. paulò ante ſi.C. ſi cert.pet. vbi dicit, quòd cauſæ multùm remotę non conſiderantur,quia actus non ſunt cõſecuturi ab iis niſi in virtute maiori acceptionis cauſæ,per.l.ſociũ, qui in eo.§. vlt.ff. pro ſoc.& ipſe Bal,in.l.cede,colu.2. verſi.quæro,de quibus vſibus,C.loca. vbi dicit,quod non tenetur quis cõſiderare remota, ſed propinqua, & allegat Senecam,

*De eadẽ re.*

*Remota quis non tenetur conſiderare.*

vt ibi videre poteris.& idẽ Bal.in authen. ex teſtamento,colum.4.verſic. 13. capitulũ,in fi.illius verſi.C.de collat.Pet. Anch. in procemio.6.col.3. verſic. & alibi dubitatur,vbi & illud dicit. quòd iuriſtæ attribuũt rem cauſæ proximæ nõ remotæ, per d.l.ſi mulier, & idem Pet.in. c. nõ poteſt, de præbend.lib.6.& con.26.in quæſtione ſupradicta,col.vlt.& cõ.315.dominus Bar. circa medium.& con. 329. dubitationẽ facit,vbi & illud quoq; dicit,quòd ſecundũ iuriſtas debet ſemper actus attribui cauſæ proximæ,& ab ea denominari,& nõ à remota. & conſi. 404. tria dubia, colum.4. ver.& iſtam opinio. Imol.con.139.præfatus Symus debitor, colum.penul.ver.præterea poſito. Panor.conſi.45. quædam. D. G. coniugata,col.3.ver.reſtat nunc reſpõdere,lib.2.Fran. Areti.con.161. verum eſt, quòd Comicus,col.4. nu.5. vbi dicit cauſam mediatã & remotam dicit potius occaſionem,quàm cauſam.& conſi.148.in quæſtione propoſita,colum. vlti. Philip.Corne. conſi. 266. circa primam conſultationem,col.vlti.lib.4. Barb. con. 43. illud in medium referam,col.13. verſi.reſtat modò videre, lib. 2. vbi dicit, quòd vbi conſtat de

*Actus ſemper attribuitur cauſæ proximè.*

*Actus à cauſa proxima denominatur.*

*Cauſa remota potiùs dicitur occaſio, quàm cauſa.*

de cauſæ propinqua, non curatur de remota. Iacob. à. S. Georg. in l. cùm hi, in princip. in 1. lectu. colum. 2. num. 12. ff. de tranſactio. Franciſ. Curti. Iunior, conſi. 1. primùm complector, colum, 3. num. 9. & iterum, conſi. 2. circa præmiſſam, colu. 2. verſi. quarta præmittitur cõcluſio Philip. Deci. con. 137. cuius ſuperſcriptio incipit, de abſolutione facta, col. 3. verſi. ſecũdò principaliter. Matth. Affli. in c. 1. col. 4. nu. 6. tit. Imper. Lothar. & deci. Neapol. 127. mater habet duas. Hiero. Gratus cõſi. 177. in præſenti cauſa, col. 2. nu. 8. lib. 1. Paul. Pari. con. 127. lucrũ dotis, col. 1. nu. 4. li. 1. & con. 41. Ioannes teſtator, col. 2. nu. 7. lib. 3.

6 ¶ Quibus adde quod in vniuerſum voluit Cõpoſtel. in c. cùm in cũctis. col. 4. de electio. quòd in quibuſcũq; hominũ actionibus cauſa immediata inſpicitur, quẽ ſic refert, & ſequitur Ludouic. Gómez. ſuper regula cõcellariæ. de iure quæſito nõ tollẽdo, q. 3. colum. 2. ver. & tenendo iſtam partem. Sed & Ange. conſi. 110. ſanctiſsima, & illuſtriſsima, col. pen. ver. & ideo concludo, dicit generaliter, quòd ſemper prima cauſa eſt intuenda: neque enim ſecunda cauſa quicquam operatur, niſi quãtum ſibi

*Cauſa immediata in omnibus actionibus inſpicitur.*

*Cauſa ſecunda nihil operatur, niſi in quantum ſi*

*ſibi à prima inſtitut.*

ſibi à prima influitur, per. l. Prętor, §. prædium, ff. de lega. 2. & l. ſi quis domum, §. hîc ſubiungi poteſt, ff. loca. &, l. neceſſario, §. vlt. ff. de pericul. & com. rei ven. & l. ſi ex duobus, & ibi glo. ordinar. ff. de aſſigna. libert. nã vt ait philoſophus, vt ipſe Angel. ait cauſa prima magis influit in cauſatum, quàm ſecunda. Et ideo cauſæ ſecundæ tãquam ſubalternæ, pluſquam cauſę primę concedi non debet, l. Publius, §. 1. ff. de cond. & demonſt. &, l. ſi viua, verſi. nam licèt, C. de bon. mater. &, l. 2. in princip. ff. de interdict. & relega.

*Prima cauſa magis influit in cauſatũ, quàm ſecunda.*

7 ¶ Ante hos omnes glo. in. c. de cætero, in verbo, vnica de homicid. dicit, quòd cauſa remota nõ imputatur ad homicidium, aut aliud delictum, argu. d. l. qui domum habebat, ff. loca. &, c. exhibita, eo. titu. de homicid. Quam gloſſ. ſequuntur. Hoſtien. Io. And. Henri. Bohic Io. Ana. Panor. Feli. & cęteri, ex quibus ipſe Panor. no. q appellatione cauſę venit tãtùm proxima. & idẽ voluit ipſe Panor. in. c. quia diuerſitatẽ, col. 3. ver. in glo. in verbo, non tamen, de cõceſsio. prębẽd. & in, c. diſcretionẽ, col. 2. verſic. ſed ego adderem, de eo qui cogno. conſang. vxor. ſuę & Felyn. qui alios citat

*Cã remota non imputatur ad homicidium.*

*Cauſæ appellatione venit tantùm proxima.*

in.d.c.ſolitæ,col.1.verſi.pro qua differentia, de maiorit.& obedien.

8 ¶ Vt nõ immeritò ſcripſerit Bal. ille omnium noſtrorum ſcriptorum (pace illorũ dixerim) vberrimus, ne quid ampliùs dicam, vix enim ſine præfatione honoris citare poſſumus, conſil.136. cuius initiũ eſt, proponitur, quòd Titius percuſsit, paulò ante ſi.lib.2. quòd euentus, qui procedit à cauſis proximis, & immediatis, attẽditur reſpectu illarũ cauſarũ: ſi autem non ſunt cauſæ immediatæ, tunc euentus non attribuitur illi princip. remoto, ſed cauſis propinquioribus, per.d.l.ſi mulier, ff. rer. amotar.&.d.l.huic ſcripturæ, ff. ad leg. Aquil. Ideo (vt ſubdit) non ab euentu, ſed à cauſis immediatis argumentum concludit. *Euẽtus cauſæ proximæ attribuitur nõ remotæ.*

9 ¶ Nec tamen interim omittam quod tradit idem Bald. in.l.1.col.2.in.4. oppoſitio. C. ſi ſer. ext. ſe emen. manda. dum loquens de proxima cauſa, & remota dicit, quòd poteſt conſiderari cauſa proxima, quando non eſt inſtrumentum, ſed fit per accidens, vt ſi pulſo aliquem, vnde in lapidẽ impegit, quo vulnert⁹ eſt: & tũc propriè non dicor vulneraſſe: nec ſi ille moriatur, dicetur mortuus ex meo vulnere: *De eadẽ re.* *Vulneraſſe propriè non dicitur, qui aliũ pulſat.*

quia

*pidẽ impegit vnde is vulneratus eſt.*

quia non vtebar eo lapide vt inſtrumento,quo eum vulnerarem.Ideóq; ſtatuta loquentia de percuſsione,& ſimilia non habent locum in hoc caſu.& idem propemodum dicit,idem Bal.in.l.de pecoribus, ff. ad leg.Aquil.& ibi quoq; Salic. qui tamẽ nutat,& Flor.à S.Petr.in.l.qua actione,§. Celſus,ff.eod.Paul.Ca.in. d.l. qui domũ, ver.& no.hîc arg.ff.loca.Io.Ana. & Fely. in.d.c.de cætero,de homici.& Cepol. qui id dicit ſingul.d.con.2.ſuper caſu homicidij,col.3.ver.ſecũdo modo poteſt. Angel. Areti.in tracta.malefic.in verbo,& ipſum Titium percuſſit.Fran.Are.con. 146. viſa conſultatione,col.4.ver.hoc premiſſo. Fely.qui ſolùm Angel.allegat,in tracta.quãdo conatus puniatur,col.4.ver.ex his intulit,vbi id dicit nouum & elegans. Hippol.Marſil.in.l.nihil intereſt,col.4.verſi. adde etiã aliud ſingu.ff.de ſiccar.&cõ.136. conſului proximis diebus,col. 4.ver.item cõtra doctrinam.Matth.Afili.in cõſti. Sicil.incip.ſi quis aliquem,col.3.in.7.quæſ. & ante hos Bar.in.l.ſi gemina.col.2. verſi. quæro quod ſi te,ff.arb.furt.Cæſar. Et optimè ad id facit tex.in.c. ſtudebat, & ibi glo.50.diſtinctio.

¶ Poſtea

10 ¶ Poſtea autem ſubdit ipſe Bald. (neque enim id omittere volui) in. d. l. 1. C. ſi ſer. ex ter, quod inſpecta veritate, cauſa cauſæ, nō dicitur cauſa cauſati, per. l. 1. §. deieciſſe ff. de vi & vi arma. & l. quoniam multa facinora, C. ad leg. Iul. de vi publi. & ſequitur idem Cepol. d. con. 2. col. 3. ver. ſed in quæſtione noſtra, vbi dicit, quòd id non procederet in ſtatutis, in quibus verba debēt propriè & ſtrictè intelligi.

*Cauſa cauſæ non dicitur verè cauſa cauſati.*

*Ideo nō procederet in ſtatutis.*

11 ¶ Ex hac autem ratione quam diximus de cauſa remota, multi fuerunt in ea ſentētia, vt legati principis, aut ciuitatis non teneantur reſtituere, id quod eis donatū eſt ab his, ad quos miſsi ſunt, nam licèt ſit eis collatum in honorem principis, vel ciuitatis, tamen id ad propriam eorum vtilitatem datū fuiſſe cenſetur: nam hæc eſt cauſa proxima, altera remota, vt dicit Bal. in. d. l. ſociū, qui in eo. §. 1. ff. pro ſoci. De quo tu vide glo. in. l. qui proprio, §. procurator vt in cæteris, & ibi latè Alberi. col. 1. verſ. vltimò dicit glo. & ſic fuit, Guil. Cu. Bart. Bald. Angel. & Paul. Ca. ff. de procurat. glo. in. l. ſi verò, §. itē quicquid, & ibi Bart. Bal. qui eum, §. legit eum. l. dotalem ſeruū, Alberi. qui eundem, §. legit, cum prin. l. ſi verò

*Legatus prīcipis donatum, an illorum debeat eſſe propriū.*

verò,col.2.ver.aliæ glo.ſatis patent, Ang. qui &.d.§.legit cū.d.l.dotalem. Imo.qui& ipſe illum.§.legit cum.d. l. dotalem, in fi. Rom.qui idem facit,col.pe. verſi. in gloſ. eiuſdem.l. Paul.Ca.qui idem fecit in fi. & Alex.ff.ſolu.matrimo.& gl.in.l.ſed ſi plu res,aut vt alij.ll.ſeparant in.l. qui liberis, §.in arrogato, in verbo, beneficio, & ibi Angel.Imo.Paul.Ca.Franc.Arc. & Alc. ff.de vulg.& pupil.ſubſti.Cy.in.l.1. col. 2. in.7.quæſtio.& ibi Alber.col.2.ver.& ex prædictis,C.de ſacroſan.eccleſ. & eundē Cy.in.l.vl.col.vlt.ver.quintò colligit, ſic. & ibi Bal.in.§.ſed cùm in ſecundam,C.de furt.Io.Andr.Pet.Anch.Dom.& Philip. Fran.in.c.à collatione,quod eſt pe. de ap pell.lib.6.Alberi.in.l.cū aliquis, circa me dium,ver.itē allegatur hæc lex,& ibi quo que Salic.poſt medium, ver. item præſtat argu.C.de iure delib.Io.Cald.Card.Flor. Anto.Im.& Panor.in.c.poſtulaſtis,quod eſt pe.de cōceſsio.præben.Bal.in.l.extra- neo,C.de donat.& cō.194. præmiſſis ver- bis,poſt prin.lib.2.& cōſi.378. ſaluo ſem- per,col.2.verſi.ad tertiam rationem,lib. 5.

12 ¶ Hæc tamen quę cauſam remotā nō cō-
*Cauſa remo* ſiderant,ſed tantùm propinquam, declara

bis

bis primò vt procedant, niſi eſſent queſt. pro de damno dato cauſa alicuius: tunc enim ad imparia non iudicantur cauſa remota & proxima, vt no. conſuluit Calder. cõ. 4. abbas locauit, ſub ti. de loca. quod pro ſingul. ſequitur Chaſſen. con. 1. Burgundiones, in. 4. parte, colum. 3. verſi. miror tamẽ de iſto dicto, vbi tamen declarat, vt apud eum videre poteris. Et id certè reuocandũ eſt ad ea quę latè ſcripta ſunt in. d. c. de cętero, de homicid.

*ta & propinqua non impares iudicãtur, cũ eſt quæſtio damnato cauſa alicuius.*

13 ¶ Secundò declarabis, vt procedat, niſi illa remota cauſa deſcenderet ex cauſa proxima, vt voluit Pau. Ca. cõ. 119. cuius prin. eſt, hæreditas predicta videtur pertinere, col. 2. verſi. itẽ dico quòd ſtatutum, lib. 1. in id allegans Bal. in. l. illam, col. 2. verſi. quin etò, quia ſufficit, C. de collatio. Cui adde, ꝙ prima cauſa ſemper repręſentatur in ſecũda, in quam influit, l. licèt, §. ea obligatio. ff. de procurator.

*Cauſa remota deſcẽdẽs à ꝓpĩquata cenſetur eſſe propinqua.*

*Prima cauſa repræſentatur ĩ ſecũda, in quam influit.*

14 ¶ Tertiò declarabis, vt procedat niſi ſecũda cauſa talis eſſet, vt effectus ſequi ſine ea nõ poſſit: tunc enim magis reſpiceremꝰ ſecũdã eã cauſam, quã proximã. verbi gratia, in vſucapiõe cauſa ꝓxima eſt dominiũ ſecunda, poſſeſsio: ſed qa ſine poſſeſsione

*Cauſa ſecunda, ſine qua effectus ſequi non poteſt, inſpiciẽda eſt.*

vſucapio non procedit,l.ſine poſſeſsio.&
l.nõ videtur,ff.de vſuc.magis inſpicimus
poſſeſsionem,licèt ſit remota cauſa, quàm
dominũ,quæ eſt proxima,vt ſcribit Bart.
in.l.1.col.1.in vl.oppoſi.ff.de cõſtitu.prin.
Et vide quæ dicam in ſeq.declara.& iterũ
in nu.18.incip.ego in meo codice.

15 ¶ Quartò declarabis(& hæc quidem declaratio proximè ad præcedentem accedit)ſecundum ea quæ ſcribit Bal.in. c.imperialem,§.illud,col.1.ti.de prohib. feud. alienat.per Federic.dum tractat in cauſis ſubordinatis, à qua eorum denominetur effectus.nam aut prima,inquit,cauſa inducit ſecundam,ſed non effectum eius,& tũc ex ſecunda tantùm inſurgit effectus:vt patet in mandante & mandatario,nam mandans eſt cauſa anterior,mandatarius autẽ, qui contractum explicuit,cauſa poſterior & quia effectus cõtractus in hac poſteriore includitur,& non in priore, ideo actio incipit à poſteriore,& ei attribuitur actio directa:& non à priori,cui vtilis attribuitur,l.quæcunque gerimus,ff.de acti.& oblig.&.l.Iulianus,§.ſi procurator, ff.de actio.empt.&.l.idémque,§. ſi quis Titio, ff.manda.Sed quando prima cauſa ſecundam

*Quid ſi prima cauſa inducit ſecundam ſed non effectũ eius.*

*Mandãs cã anterior.*

*Mandatarius poſterior.*

*Mãdatario datur actio directa.*

*Mãdati vtilis.*

dam includit,& effectum eius, tunc primam eã cauſam inſpicimus,l.ſi ita ſtipulatus fuero,§.vlt.cum.l.ſeq.ff.de verbo.obl. &.l.ſi quis pro eo.§.ſi nummos,ff. mand. Hæc ille,qui ex hoc decidit quæſtionem, an vaſallus vaſalli offendens dominũ,domini amittat feudum, vt ibi videre poteris,& eum quoque ibi ſequitur Car. Ale. col.2.ver.nõ obſtat,& Matth.Afflict. col. 2.verſicu.ſecundò nota ad idem. Et vide etiam quæ dicam infrà nu.17.& ſeq.

*Vaſallus vaſalli offendẽs dominũ domini an feudũ amittat.*

16 ¶ Quintò declarabis hanc limitationẽ,vt procedat in cauſa multùm remota:ſecus ſi non ſit adeò remota,ſed proximè coniuncta,tunc enim æquè attenditur, ac cauſa proxima immediata,per.d.l.cùm de lanionis,§.aſinam,ff.de fund.inſtruct.&.l.in lege Cenſoria,ff.de verb.ſignific.&.l.vxori quis,ff.de aur,& arg.lega.vbi Bart. no. quòd cauſa intelligitur etiam de cauſa remota non multũ,non item de multũ, remota,quæ magis dicenda eſt occaſio quã cauſa.idẽ Bar.in.l.vt iuriſiurandi,in prin. circa mediũ,ff.de oper.liber.& in.l.ambitioſa,col.5.in.2.regula,verſi.ſed quęro pone habẽtes,ff.de decre.ab ordi.faciend. & in.d.l.ſed ſi plures,§.in arrogato,verſi.ego limi-

*Quid in cauſa non multũ remota.*

*Cauſa multùm remota dicitur occaſio.*

limito hoc dictũ, ff. de vulg. & pupill. ſubſtitutio. vbi eius rei exemplum ponit, & ibi quoque Alex. col. 1. verſi. item not. ex eo tex. & Iaſon col. 2. verſic. nota diligenter: Ioan. Ana. in. d. c. de cætero, in fi. de homicid. vbi etiam allegat. l. quæ religioſis, ff. de reiuendic. Fran. Aret. in. l. ſi ante nuptias, col. vlti. ff. ſolu. matrimon. & con. 6. viſo inſtrumento diuiſionis, col. 3. verſic. nam iſta eſt regula. & iterum con. 14. viſo & diligenter examinato, col. 4. verſi. cùm igitur prima vice. & con. 29. diligenter maturè conſideratis, col. 5. verſic. verùm igitur ad quintum. & Soci. dum allegat, d. l. vxori, & ibi Bart. in. l. certi condictio, in. 2. not. ff. ſi certũ petatur. & bene facit quod ſuprà diximus ex Bal. in. d. l. 1. C. ſi ſeruus extero ſe emi mandauerit.

17 *Contrariũ.* ¶ Qua in re tamen illud annotãdum eſt, quòd Fran. Aret. ſibi in hoc contrarius, in. d. §. in arrogato, quem legit ſub. l. ſi pater, col. 2. verſi. tractat etiam Bar. hîc, tradit cauſam mediatam ita cohærentem proximæ, vt nulla inter eas ſit media, nõ accipi pro proxima, vt dicit, colligi ſatis euidẽter ex. l. Proculus, ff. de neg. geſt. & l. metum, §. ſed licèt, ff. quod met. cau. & vtrobiq; Bar.

ídque

ſdque dicit eſſe de mente.d.l. lege Cenſoria, quam tamen Bart.in.d.l.ambitioſa, adducit pro ſua illa ſententia. Nec obſtat(inquit)d.l.vxori, quia ibi veſtes emptæ pro ancillis, non veniunt tanquam paratæ mediatè in vſum vxoris, & vt legatum per ſe factum: ſed veniunt acceſſoriè ad ipſas ancillas, quæ erant paratæ vxoris cauſa, legauerat enim teſtator quicquid vxoris cauſa paratum erat: ad legatum autem principaliter factum veniunt acceſſoria, tanquã pars legati principalis, l.creditor, §.vltim. ff.de libera.lega.& bene facit.l. prima, §. quæ depoſiti, ff.de poſ. Non ſolum autem non attenditur cauſa mediata, quæ non intenditur à diſponente, tunc cùm fit diſpoſitio: ſed nec etiam cauſa illa mediata, quæ intenderetur à diſponente tanquam cauſa cauſæ immediatæ. vnde licèt procurator emat, quia ſibi fuit mandatum, tamen cauſa acquiſitionis mediata eſt emptio: & quia illa cauſa venit à procuratore, ipſi acquiritur ius directum, l. Iulianus, §.ſi procurator, ff.de action.empt.& ita dicit voluiſſe Bald.in.c.imperialem, §.inſuper, titu.de prohibi.feudi alienat. per Federic.

18 ❡ Ego in meo codice Baldi nihil tale re- Reſponſio.

peri in eo loco, credóque Franc. Areti. voluiſſe illum allegare, non in illo, §. inſuper ſed in. §. illud, qui illum confeſtim ſequitur, cuius in eo loco dictum citauimus ſuprà nu. 15. Sed quicquid ſit, ego in hac re magis aſſentio Bart. ſententiæ, vti etiam faciunt Alex. & Iaſ. qui dicit Bart. ſatis reſpõdere rationi Aret. Præſertim verò quã do huiuſcemodi cauſa mediata ſiue remota talis eſt, vt ſine ea nullo modo cauſa propinqua & immediata produceretur, tunc enim haud dubiè conſideratur ac ipſa cauſa immediata, vt not. Bal. in. c. cùm omnes, col. 6. verſi. item quia quando, de conſtit.

19 vbi dicit quòd quãdo cauſa proxima agit vi alicuius cauſæ, inſpicimus eam cauſam quæ vim & efficaciam tribuit, per tex. in. l. vtrùm, §. cùm quidem, ff. de reb. dub. & idem Bal. in. c. literis, in. 3. no. de reſcript. dum no. ex eo tex. quòd cauſa remota inſpicitur, cũ ea eſt fũdamẽtũ proximę. Et id eſt ꝓpemodũ ꝗ ſuprà diximꝰ nu. 14. & 15. q ſunt. 3. & 4. declaratio huius limitationis.

*Bal. in eam rem diſtinctio.*

*Actus denominatur à prima cauſa cùm non tranſit per medium.*

*Si verò tranſit per medium cuius*

¶ In qua re non poſsũ prętermittere quę idem Bal. ſcribit in duobus locis. primùm in. l. tutores, per eum tex. ff. de teſta. tute. quòd quando res procedit à prima cauſa

per medium,nec tamen tranſit per ipſum medium,tunc denominatur à prima cauſa,vt ibi.Cùm verò tranſit per medium,& requiritur virtus & influētia medij, tunc non ſimpliciter fit denominatio à prima cauſa,ſed ab vtraque,ſcilicet à prima cauſa & medio influente.verbi gratia, in tutore teſtamentario confirmato per iudicem qui non eſt merus teſtamentarius, nec merus datiuus, ſed habet quandam mixtam qualitatem, Ideo dubium eſt an præferatur legitimo, de quo per Dyn. & Iacob. Are.in.l.ſecundò. ff.de confirm. tutorū.

*Virtus requiritur, denominatur ab vtraque.*

*Tutor teſtamētarius à iudice cōfirmatus habet mixtā qualitatē.*

*Vtrū autem is præferat legitimo.*

20 ¶ Alterum ipſius Bal.dictum eſt,in.l.nō ideo minùs,col.2.ver.& ideo oportet, C. de accuſat.quærentis,quando concurrunt duæ cauſæ,ſcilicet cauſa proxima & remota, & quid agat cauſa remota in effectu. Quędā,inquit,ſunt cauſæ primæ,quæ aliquid de ſe ipſis & eorum ſubſtantia tranſmittunt,& transfunduntur in cauſas ſecūdas.verbi gratia, prima cauſa calefaciens eſt ignis,ſol ſecūda cauſa: prima autem & proxima illa cauſa aliquid trāſmittit de ſua eſsētia effectiua.Dicetúrne igitur,ꝙ ſol calefacit,ſiue ꝙ à ſole calefio? Et certū eſt, inquit,ꝙ ab vtroq;,ſcilicet à prima & ſecū-

*Altera eiuſdē Bal. diſtinctio.*

da cauſa: quia à prima cauſa ſemper aliquid transfunditur in ſecundam: ſequitur igitur quòd ei inhæret, ita vt cauſa ſecūda nihil agat, quin & prima etiam agat inhærens ſecundę. Quædam autem ſunt primę cauſæ, quæ de ipſorum eſſentia nihil tráſferunt in ſecundas: & tunc aut ſecūda cauſa talis eſt, quæ nihil agit abſente prima: verbi gratia, ego percutiò te baculo, ego ſum prima cauſa, baculus ſecunda, ſed, hęc nihil agit abſente ſiue non agente prima: Ergo prima hæc cauſa illa eſt quę principaliter actum agit. Aut ſecunda cauſa agit abſente prima, vt ſi faciam te percuti per aliam interpoſitam perſonam, ea perſona ſic interpoſita eſt ſecunda cauſa, quę liberè absēte prima potuit agere. Ideo prima cauſa non aſſiſtit actui, quia non eſt concreta ſecundę cauſę, ſed diſcreta, diſtincta & ſeparata. Et ita eſt in mādāte & mandatario. Hęc ille, qui ex iis quaſdam quęſtiones decidit vt ibi videre poteris.

21 ¶ Sed vt redeam⁹ ad id q dixim⁹, cauſam mediatā, nō multū remotā, ęquècōſiderari ac ipsā proximā, intelliges primò procedere, quādo vtraq; cauſa, ſcilicet mediata et immediata, nō multū remota, eſt iā deducta

*Cauſa non multū remota tūc cōſideratur. cū*

ducta in eſſe, vt noſtri loquūtur, ſicuti in. *iā deducta*
d.l.vxori, ff.de aur.&arg.leg. vbi vxor ha *eſt in eſſe.*
bebat ancillas, quę ei ſeruiebāt, quibus pa
rata erāt veſtimēta. Igitur cū ancillæ quæ
erant cauſa proxima veſtimentorum, iam
erant in ſeruitio vxoris, cōſtat quòd cauſa
immediata erat producta in eſſe, ſcilicet
ancillæ ſeruientes: vnde nō mirū ſi veſtes
dicuntur paratæ cauſa vxoris: quia quic-
quid eſt cauſa cauſæ, dicitur cauſa cauſati,
influit enim cauſa immediatè exiſtens in
actu, vim & robur in cauſam mediatam,
propter connexitatē quā habet ad eam, &
dependentiā quam habet ab ea. Ita ſubti-
liter, vt ſemper aliàs tradit Franc. Areti. d.
cō.6.col.pe.verſ.cōfirmatur iſta cōcluſio.
22 ¶ Intellige ſecūdo modo, quando ambæ *Et cùm ten*
cauſę, proxima ſcilicet & remota, nō tamē *dit ad eūdē*
multùm remota, aut quæ etiam eſt funda- *finē ac pro-*
mentū proximæ, tendunt ad eundem effe *pinqua.*
ctum ſiue finem. Nam ſi eſſent alterius na
turæ & qualitatis, ita vt ad diuerſos effe-
ctus ſiue fines tēderēt, magis inſpiceretur
cauſa propinqua quàm remota, vt voluit
prin.& ibi Fely.col.1.de teſtib. idem Panor.in.d.c.cũ ceſſante,in.1.not.& ibi Dec. col.1.in.4.fallen.de appella.& ipſe quoq; Panor.in.d.c.quoniã,de iure patrona. & con.70.id de iure quæritur,col.2.ver. tertiò probatur alia ratione,lib.2. Iaſon in.l. dedi,colum.1.ver.confirmatur,quia vbicũque,ff.de condict.ob cauſ.vbi id latè probat,& Roman.in.d.l.in teſtamento quidẽ, colum.12.ver.tertiò & notabiliùs, C.de teſtam.milit.Hippol.Marſi.in.l. ſi quis viduam,colum.1.ver. ſed tu ad ſaluandum, per illũ tex.ff.de quæſtio.Nicol.Eucrald. in locis legalibus,in loco à contrario ſenſu,colum.11. verſicul. primò vt procedat. Franciſ.Rip.in.l.ex facto,colum. 3. num. 14ff.de.vulg.& pupill.vbi tamen id declarat,vt ibi videre poteris.

13 ¶ Nam quòd ſuprà diximus num.6.ſententiam latam ex duabus cauſis, quarum altera vera eſt,altera falſa vel erronea,ſubſtineri ex vera cauſa, intelligi debet ſi illa vera cauſa per ſe & ſola ſufficiat ad validitatem ſententiæ: aliâs enim non valeret.verbi gratia,ſi iudex pronuntiet teſtamentum impuberis valere,quia impubes poteſt teſtari, & quia in eo ſit ſufficiens

*Sentẽtia ſuſtinetur ex vna ex multis cauſa vera, ſi ea per ſe & ſola ſufficiat.*

numerus teſtium.tunc enim licèt hęc poſterior cauſa ſit vera,tamen ea non ſufficit vt valeat teſtamentum:quia non ſufficit ſolennitatem fuiſſe adhibitan, niſi teſtator ſit habilis,l.ſi quæram⁹,ff.de teſtam. ideo ea ſententia non ſuſtinetur ex illa cauſa vera non ſufficiēti.Et ita nuncupatim voluit Panor.qui id dicit eſſe bene notandū, quia alius nemo tetigit in.d.c.1.colum.4. verſi.hoc tamē dictum, & ibi quoque Felyn.vbi ſuprà,ibi,& intellige dummodo, de re iudica.

14 *Alterum ex copulatis ſufficit, cum alterū non eſt neceſſarium.*

¶ Et ad hæc facit, quod in ſimili dicitur, quòd ſi ex duobus etiam copulatiuè poſitis, alterum tantùm ſufficiat ad id obtinendum, de quo quæritur, ſufficit alterum eſſe verum:non etiam, ſi vtrumq; ſit neceſſarium, per.l.ſcire oportet,§.ſcire,&.l. propter litem.ff.de excuſat.tutor.&.c.accepta de reſtitut.ſpoliat.&.c.quædam, de iureiuran.&.c.peruenit,in fi.de fideiuſſor.&.c.1.48.diſtinctio.&.c.qui periculoſum, 7. quæſtio.1.gloſſ.in.c.2.in verbo, & perpetuo,& ibi Bald.colum.2.ver.& iuxta notabilem, Card.Floren.colum.3,ver.quęro, in eo quod hic, Petr.Anch.colum.2.verſicul.ſunt duæ qualitates, Anto.colum.1.in;

4.no.& iterum col.2. ver.hic deſcendo ad factum, Imo.col.1.in vlt.no. rurſumque ſuper glo.1.Panor.ſuper eadem glo.1.Felyn. qui alios multos citat,colum.11.verſi.fallit tertiò vbi plura copulantur,de reſcript.& glo.in clemen.vt circa,in verbo, probare, de electio.lib.6.Bart.& recentiores in .l. diuus,ff.de re iudic.idem Bart.in.d. extrauagan.ad reprimendum,in verbo, ne ex eorum abſentia,ver.ſed cùm in lege.Bald. in.l.1.in prin.col.4. verſi. & extra quæritur,ff.de eden.& in.l. 1.colum.pen.ver. itē do aliam, C.de condict.indeb.dum allegat glo.in.d.clemē.vt circa,& in.c. 1. de exceptio.& in.d.c.licèt cauſá,de probat.& idē Bald.in.l.minoribus,col.2.verſicu. vnum ſcias quod pluribus, C. de his quibus vt indig.& in.l.conuenticula,col.3. verſicul. item eſt argumētum ab effectu.C. de epiſcop.& cleric.atque etiam Alexand. con. 61.viſo proceſſu cauſæ, colum.1. verſicul. ſed in caſu noſtro,lib.2. & Franciſ. Aret. in.l.ſi quis ita ſtipulatus,verſicu.ex præmiſsis ſequuntur,ff.de verborum obligationibus.

15 ¶ Nam quãdo duo vel plura coniũctim requiruntur ad actũ,vno diſiciēte, totum

*Vno ex pluribus contra*

 cor-

*Etiam requiſitis deficiẽte totum corruit.* corruit,l.vl.§.ait lex, ff.de diuor.&.d.l. ſi quis ita ſtipulatus,& ibi Bart.& alij,ff.de verbo.obligat.&.l.ſi is qui ducẽta,§. vtrũ, ff.de reb.dub.glo.in.l.3. §.hoc autem inter dicto,in verbo,competere,ff.de itiner.actuque priua.Ioan.Andr. in.c. ſine culpa, col.2.ver.ſecundò matrimonium,de regu. iur.lib.6.Cyn.poſt Iacob.Are.in.l. ſancimus,§.ſi quis autem,le.1.in fi.C. de donatio.Bal.in.l.Titia,in princip.ff.ſolu.matri mo.Cepo.cauſ. crimin. conſil.2.ſuper caſũ homicidij,colum.2.ver. tertiò quod illud auxilium,vbi huius rei reddit rationem,quia tunc de forma videtur aliquid fuiſſe omiſſum,vt dicit ſingul. Bal. in addit.Specul.tit.de arbitr.§.poteſt,col.1. ver. ſed quid ſi compromittatur.

16 *Ratio,& ipſius ratio, neceſſariò requiritur. Si altera ratio ponatur vt maior,altera vt minor,vtraque* ¶ Et ex hoc fit,vt ſi ex duabus cauſis vna ponatur vt ratio,altera vt ratio ipſius, rationis,vtraque requiratur, per. l. ſed & ſi lege,§.idem ſi rem,ff.ſolu.matrim. Et ſimi liter ſi vna ratio ponatur vt maior propoſitio,altera vt minor,altera earũ falſa,corruit argumentum, vt videre licet ex Bart. in.d.extrauaganti ad reprimendũ,in verbo,ne ex eorum abſentia. Et vtrunque voluit ad comprobationem eorum quæ ſupra

prà diximus, Franc. Ripa. in. d. l. ſi ventri, §. in bonis, col. 3. verſi. ideo ſi vna cauſa, ff. de priuileg. credit. *requiritur.*

17 ¶ Secundò hæc noſtra principalis limitatio intelligenda eſt, quando vtraque ratio conſideratur ad effectum producẽdũ. Secus ſi vna ratio non habetur in conſideratione, tunc enim hac ceſſante non ceſſat effectus, vt dicit Ripa in. d. §. inbonis, col. vl. ver. item intellige quando vtraque ratio conſideratur, per id quod voluit Bald. in. c. 1. §. his verò, poſt princi. tit. de ſucceſſio. frat. ſiue de gradibus ſucceſsio. in feu. quòd in feudis frater vtrinque coniunct⁹ non præfertur fratri ex parte patris tantũ, licèt enim duæ partes concurrant, tamen cùm altera earum, ſcilicet matris, ſit imper pertinens, ex ea non augetur effectus.

*Quid ſi ex duabus rationibus vna tantùm cõſideratur ad effectum producẽdũ.*

*In feud. vtrinq. cõiunctus nõ præfertur fratri ex parte patris tãtùm.*

18 ¶ Quẽ, vt id Ripæ addas, ſequũtur Marti. Lauden. & Card. Alexand. ibi: ille, colum. 2. verſi. quero circa iſtam: hic colũ. 3. ver. eiuſdem initij. & voluit etiam Iacob. Ardiſõ. in ſumma rubr. de ſucceſsio. feud. ſub rubr. an frater ex vtroque parente excludat fratrem ex patre tantùm. And. Iſer. in. c. 1. colum. 2. & . 3. titul. de natu. ſucceſſio. feud. Bald. in. 1. poſt princip. verſicu. & *De eadẽ re.*

per hoc determinatur,& ibi quoque Pau. Caſt.& Corne.C.de legit.hęred.Ipſe Bal. con.170.ad euidentiam,colum.2.ver.item ſciendum,lib.2.& con.304.donatio , in fi. eo lib.2.& con.54.proponitur, quod quidam nobilis,lib.3.& cõ.caſus talis eſt,primo dominus,eo lib.3.Marti. Lauden.in.c. 1.§.& quia,colum.6.verſi.quæro an vtrinque coniunctus,& ibi etiam Cardi. Alex. colum.vltim.ver.eiuſdem exordij,tit. qui feud.dare poſſunt. Alexand.con . 9 . ponderatis,in fin.lib.5.Petr.Ferra.ti.for.libel. quo agit.ad reuocationem feud. in verbo, nec ſuperſtitibus,colum.4. verſiculo , ſed quid ſi vnus. Soci.conſil. 304 . eodémque vltim. viſo ſtatuto,ad fi.lib.2.Franc. Curt. Iunior in.3.parte,3.part.principaliſtractatus feudi,quæſtio.6.Philipp . Dec.conſil. 444.concurrit patruus,colum.1. Io . Cro. in repet. l. filiuſfamilias . §. diui, colum. 2.poſt princip.& iterum char.antepe.ver. quartò quæritur,ff.de lega.1.& ipſe Fran. Rip.in.l.ex facto,col.24.nu.98.ff.de vulg. & pupil.& diximus etiam in tracta. Retractuum tit.1.§.14.gl.2.nu.10.incip.illud autem inter omnes.Et faciunt quæ etiam ibi diximus in nu.ſep.incip.quo in loco.

¶Tertiò

19 ¶ Tertiò intelligēda eſt noſtra limitatio, quando vtraque ratio exprimitur in lege, aut alia cōſtitutione. Secus ſi vna tantùm, licèt altera poſsit etiam conſiderari, tunc enim ceſſante expreſſa, ceſſat diſpoſitio, licèt altera militare quoque videatur, vti pulchrè declarat Lancelo. Deci. in. l. ſingularia, colum. 3. ff. ſi certum peta. & ab eo Franciſcus Rip. in. d. §. in bonis, colum. vlti. num. 16.

*Quid ſi ex duabus rationibus, altera expreſſa ceſſat, altera citata non ceſſat.*

20 ¶ Et ad id ſpectat, quòd ſi in ſentētia, expreſſa eſt vna tantùm cauſa ſed ea quidem falſa, ſententia corruit, licèt ſit alia cauſa, tacita, & ea quidem vera, qua ſuſtentari potuiſſet, ſi expreſſa fuiſſet, vt voluerūt Anto. & Panor. in. d. c. in præſentia, vterque col. 2. ver. ſi vna tātùm eſt expreſſa, de renuntia. Hoſtien. Io. And. & alij in. d. c. per tuas, qui fil. ſint legi. & maxima pars eorū, quos citauimus ſuprà nu. 6. huius limitatio. incip. ſed & illud quoq;, ex quibus intelliges illud intereſſe, inter id quod ibi diximus, & id quod nūc dicimus, vt ſcilicet illud procedat, quādo ſunt expreſſæ duæ cauſæ, quarum altera vera eſt, altera falſa: hoc autem, quando expreſſa eſt vna tantū cauſa falſa, tacita altera vera.

*Cauſa falſa expreſſa in ſentencia, eam vitiat licèt ſit altera tacita vera.*

21 ¶ Quartò item intelligenda eſt hæc limitatio, quando illæ duæ rationes ſunt vniuerſales, ſiue etiam generales: ſi enim vna eſt generalis, altera ſpecialis, tunc ſola illa generalis cõſideratur. quòd ex eo ſatis patet, quòd ab ea tantùm, non etiam à ſpeciali ſumitur argumentum à contrario ſenſu, per text. in l. regula, §. vlti. & ibi Barto. & Bal. ff. de iur. & fac. ignor. quem ad hoc dicit no. & menti tenẽdum Nicol. Eueral. in locis legalibus, in loco à contrario ſenſu, col. 11. verſi. ſecũdò iſtud limito. Cui adde in ſimili text. in l. 2. §. ſi mater, verſi. quid ſi curatoris, & verſi. quid ſi deceſſerit, ff. ad Sc. Trebellia. & l. nomen debitoris, §. vlt. ff. de leg. 3. Et tu interim vide quæ ſuprà diximus in ceſſante legis ratione, nume. 149. incip. ſecundum autem, & iterum, in 1. limitatio nume. 62. incipi. tertium quod cùm lex, & quæ etiam dicemus infrà, in 32. limitatione.

*Ex duabus rationib⁹ altera generali, alter ſpeciali hæc tãtùm cõſideratur.*

22 ¶ Quintò intelligẽda eſt hęc noſtra limitatio, niſi ex duabus cauſis altera principalis ſit, ſeu primaria, altera acceſſoria, ſiue ſecundaria. Nam tunc ſola principalis cauſa eſt conſideranda, vt ceſſet, vel non ceſſet effectus: non etiam acceſſoria, vt expreſsè & in

*Cã principali ceſſante ceſſat effectus, non etiam acceſ-*

& in hác ſpecie voluit Franciſc. Ripa. in dict. l. ex facto, colum. 3. nume. 14. ff. de vulga.& pupil. ſubſtitut. & idem propemodum voluit Panor. in cap. ex parte tua colum. vlti. per eum text. extrà de conuerſ. coniugat. *ſoria.*

23 ¶ Nam illud perpetuũ eſt, vt eius quod principale eſt ratio habeatur, non etiam eius quod acceſſoriè venit & ſecundariò, ſiue in conſequentiam, vt patet ex. l. 1. ff. de authorit. tutor. & l. ſi ſponſus. §. donationis, & §. generaliter, ff. de donatio. inter virum & vxorem, & l. non ſolum, §. vlti. ff. de procurator. iuncta. l. 1. §. penult. & vlti. de ſuſpect. tutor. & l. ſi vnus, §. illud, ff. de pact. & l. arbor. §. aquarum, ff. com. diuidunt. & l. cùm probatio, & ibi gloſſ. ff. de probati. & cap. ad audientiam, & ibi gloſſ. in verbo, principaliter, de præſcriptio. cum aliis infinitis concordan. text. & doctor. à me collectis in cõmentariis conſuetudinum Pictonum tit. 9. qui eſt de tenir noblement en fief, §. vigeſimo, in glo. 1. in. 1. limitatione.

*Principale tantũ conſideratur non etiam acceſſorium.*

## VIGESIMA TERTIA
### LIMITATIO

¶ VIGESIMO

1 *Cauſa ceſſã te ceſſat effe ctus in ſucceſsiuis, non etiã in momentaneis.* ¶ VIGESIMOTERTIO limita hãc noſtram regulã procedere in his, quæ habent tractũ ſucceſsiuum in futurum. verbi gratia, in excuſatione à muneribus, quæ ſucceſsiuè, & diuerſis temporibus imponuntur: quæ quidem excuſatio ceſſat, ceſſante cauſa ipſius, per. l. cura, §. deficientium, ff. de muneribus, et honor. At in his quę ſunt momẽtanea, ceſſante cauſa non ceſſat effectus, vt per Bal. in. l. generaliter, col. 2. ver. ſed ego dico, C. de ſacroſ. eccleſi. quem ita ſimpliciter citat, & ſequitur Alexã. in. l. ſi cùm dotẽ, §. ſi maritus, col. 2. verſi. ſed certè hoc nõ puto, ff. ſolu. matrimo. in addit. Nicol. Ma. in. l. 2. §. non ſolùm, ff. de excuſat. tutor. & Socy. in. l. ſciẽdum, §. vl. circa medium, ff. qui ſatiſd. cog. & con. 81. nõ eſt dubium, col. 4. verſi. non obſtant nunc in cõtrarium, lib. 3. & conſi. 84. accuratiſsimè, col. verſi. præterea ibi conceduntur, eod. lib. 3. & Philip. Dec. conſi. 24. mulier, cui propter inopiam, col. vlt. verſi. non obſtat tertiò. Io. Frã. Ozę. in. §. ſupradicta, col. 4. nu. 16. Inſtit. de excuſat. tutor. Et idẽ quoq; apertè voluiſſe videtur Panor. in. c. ſuggeſtũ, col. 1. verſi. vltimò ſcias, de deci. dũ dicit, quòd priuilegium, quod habuit perfectionem

*Priuilegij p fecti & non*

ctionem ſuam, nec continet actum ſucceſſiuũ, non reuocatur, licèt poſtea ceſſet cauſa priuilegij: ſecus in priuilegio habente cauſam ſucceſsiuam, per eum tex. *ſucceſsiuã; cã ceſſante non ceſſat priuilegiũ.*

2 ¶ Sed in hoc vide quod ſcipſerit Bart. in l. ex facto, in princi. col. 2. verſi. ſecundò oppono, dicũtur hic. ff. de vulg. et pupil, ſubſtitu. quòd cùm diſpoſitio eſt momentanea, ſi iũgitur qualitas verbo diſpoſitiuo, tunc ſufficit eam qualitatem adeſſe ſecundum tẽpus diſpoſitionis, licèt poſtea deſinat, per. l. Mela, in prin. ff. de alimẽ. & cib. lega. vbi ſi legatur puero, vel puellæ, ſuffi cit, ꝙ ſit puer vel puella, ſecundũ tẽpus legati facti. Si verò iungitur verbo notanti effectũ, aut executionẽ diſpoſitionis, ſuffi cit ſecundũ illud qualitatem adeſſe, l. 3. ff. de aur. & argen. lega. vbi ſi lego vxori ea quæ parata ſunt tempore mortis, illa cedunt legato, quæ tunc parata reperiuntur: & ſufficit illa eſſe parata, licèt ex poſt facto, vel antè parata non ſint. Et ita illam ſequitur Imo. in cle. 2. col. 3. ver. ſi verò conſtat qualitatem, de reſcript. *De eadẽ re. Qualitatẽ iunctã verbo diſpoſitionis momentaneæ ſufficit adeſſe tempore diſpoſitionis*

3 ¶ Verùm & de ea re multò plenius & latius, Cy, & ipſe Bald. poſt. Pet. & alios antiquiores, in dict. l. generaliter. & Henricus *Cauſas hoc reſpectu eſſe in quedru*

*plici diffe-* cus Bohic,& Aegid.Bella. in.c.& ſi Chri-
*rentiæ.* ſtus, de iureiur. Cauſas enim eſſe in qua-
druplici differentia, quaſdā enim eſſe mo
mentaneas, quæ & momētaneum habent
effectum. Aliâs quidem & ipſas momenta
neas, ſed quæ effectum habent ſucceſsiuū.
Aliâs item ſucceſsiuas, quæ & ſucceſsi-
uum effectum habent. Aliâs denique &
ipſas ſucceſsiuas, ſed quæ habent effectum
momentaneum.

4 *Momenta-* ¶ Et intelligunt momētaneum, cuius eſt
*neū, quid di-* eſſe tēpore momentaneo, vt quod momen
*catur.* to acquiritur, veluti hæreditas, per. l. pla-
*Hæreditas* cet, ff. de acqui.hæred. & agnatio, quæ ſci
*dicitur mo-* licet quæritur eo momento temporis, quo
*mentanea.* quis naſcitur.§.ſui, Inſti.de hæred. qualit.
*Sacerdotiū.* & different.item momento quis conſequi
tur beneficium, ſiue ſacerdotium, vt legi-
tur in.c.ſi tibi abſenti, de prębend. Succeſ-
*Succeſsiuū,* ſiuum autē dicitur, quod ad ſuum eſſe, vt
*quid dica-* ipſi loquuntur, requirit ſucceſionem tem-
*tur.* poris, vt eſt tutela, quæ eſt ius in ſucceſsio
*Tutela ſuc-* ne temporis cōſiſtens, & ad ſui eſſe requi-
*ceſsiua.* rit totum tempus impubertatis.

5 *Quid igitur* ¶ In primo igitur caſu, quando ſcilicet
*in cā momē* cauſa eſt momētanea, habens etiā momen-
taneū effectum. Refert an cauſa ceſſet poſt
com-

completum effectū, & tunc nō ceſſat ipſe effectus. exēpli cauſa, agnato defertur hæreditas, ideo & agnato ſufficit momentanea agnatio, eo tempore, quo quæritur hæreditas, & ſi poſtea deſinat cauſa, id eſt, ipſa agnatio, non deſinit effectus iam quęſitus, ſcilicet hæreditas, l. vlti. in. 1. reſpon. ff. vnde lib. & arg. d. l. ſciendum, §. vlti. ff. qui ſatiſd. cogant. & l. cognatis, in. 1. reſpō. ff. de reb. du. & dicit præterea Henric. de hoc eſſe caſum in. l. 1. C. de pactis, vbi pactum, ſiue cōtractus innominatus, ſcilicet dationis ſextantis, ex parte filij teſtatoris ab ipſo teſtatore rogati reſtituere hæreditatē Licinio Frōtoni, ſi ſine liberis decederet, & remiſsionis eius fideicōmiſsi ex parte eiuſdem Frontonis, fuit completus. Et ideo licèt cauſa propter quā cōtractus, ſiue pactū interuenerat, ſcilicet metus filij, ne decederet ſine liberis, ceſſet, qa deceſsit relictis liberis, non tamē ceſſat effectus, quia nō reuocatur cōtractus cōpletꝰ. Et ad id quoq; facit, vt ille ſubdit, l. naturalis, §. primo, ff. de præſcriptis verbis.

*tanea habēte effectum momentaneum, cū cā ceſſat poſt effectū completum.*

6 ¶ An verò cauſa ceſſet ante completum effectum (id enim eſt ſecundum membrū primi caſus) & tunc ceſſante cauſa ceſſat

*Quid ſi ea cauſa ceſſet ante com-*

effectus.

*pletum effe ctum.*

effectus. verbi gratia, Agnatis defertur hę reditas & tutela, fac igitur, quòd quis deſinat eſſe cognatus, nónne hic habebit hæ 9
reditates, vel tutelas, quæ poſtea deferuntur, & certè non habebit, per. d. l. vlti. in. 2. reſpon. ff. vnde liber. & l. 1. in fi. ff. vnde legit. & l. non ſolùm, §. ſi emancipatus filius præteritus, ff. de bonorum poſſeſſio. contra tab.

*Quid in cã quoq; momẽtanea habẽte effectum ſucceſsiuũ.*

8 ¶ In ſecundo caſu, quando ſcilicet cauſa eſt quoq; momẽtanea, ſed quę habet effectum ſucceſsiuũ, vt eſt in tutela legitima, quæ defertur agnatis, & quæ quidẽ tutela eſt quidã effectus ſucceſsiõis, vt dictũ eſt, & tũc dicendũ eſt vt priùs. Nam aut ante completũ effectũ ceſſat cauſa, & ceſſabit quoq; effectus. Ideo ſi ante finitã tutelam delatam agnato ipſe capite minuatur, finitur tutela, l. tutelas, ibi, ſed legitimæ tute- 10
læ, ff. de capit. diminutio. & §. vlti. Inſtit. de legit. agna. ſucceſsio. & §. ſed & capitis, Inſtit. quibus mod. tut. fini. Quod intelligendũ dicit Bal. vbi ſuprà, pro tẽpore futuro, quia adminiſtratio præteriti tẽporis manet firma, vti & ipſe quoq; declarat in. c. quẽadmodũ, col. 2. verſi. nota tacitas conditiones, de iureiu. per. d. l. tutelas, & alibi

quoq;

quoq; diximus. Aut ceſſat cauſa poſt effe
ctum cõpletum, & tunc nõ ceſſat effectus.

9 ¶ In tertio caſu, quando ſcilicet cauſa eſt ſucceſsiua, quæ etiã ſucceſsiuũ effectũ habet, ceſſante cauſa ceſſat effectus. exempli gratia. Abſentia reipublicę cauſa, eſt quid ſucceſsiuũ, & ſimiliter excuſatio à tutela eſt effectus ſucceſsiuus. ideo ſi tutor abeſt reipubl. cauſa, is excuſatur quãdiu abeſt: ceſſante autẽ abſentia ceſſat & excuſatio. §. item qui reipublicæ. Inſtit. de excuſat. tuto. Itẽ clerici, vel monachi excuſantur à tutela & curatione, quamdiu inſiſtunt diuinis officijs, nõ aliâs, d. l. generaliter, C. de epiſc. & cleric. Et hoc quoq; idem patet ex. d. c. & ſi Chriſt⁹, in fi. & in. c. poſt tranſlationem, §. cæterùm, de renunciat. vbi cauſa & effectus ſunt ſucceſsiui. *Quid in cauſa ſucceſsiua habẽte effectum ſucceſſiuum.*

10 ¶ In quarto caſu, quãdo cauſa eſt ſucceſſiua quidem illa, ſed quæ habet effectum momentaneum, ceſſante cauſa ceſſat effectus, vt patet in illa ipſa abſentia reipublicæ cauſa, quæ cauſa eſt dãdi reſtitutionẽ in integrũ, ſi abſens læſus fuerit. Ideo ea abſentia ceſſãte, ſi interim ille lædatur, ceſſat reſtitutio. l. ab hoſtibus, §. ſed quod ſimpliciter, ff. ex quibus cauſis maior. *Quid in cauſa ſucceſsiuã habẽte effectummomẽtaneum.*

&. l.

&.l.quod tẽpore, C. de reſti.milit. Quod intelligit Bal.vbi ſuprà, vt in eo, quo fuit læſus tempore abſentiæ, non ceſſet effectus, cùm ipſe iam quæſitus ſit, ita intelligens iura ſuprà allegata.

*Beneficium datur propter officiũ.*

11 ¶ Sed & id quoque patet in officio, propter quod datur beneficium, c. pręter hoc, 32.diſt. &.c.eos, &.c.ſi quis ſacerdotũ, 81. diſtinct. &.c.quia nonnulli, &.c.relatum, de cleric.non reſid. &.c.paſtoralis, de appellatio. &.c.latores, de cleric. excommu. miniſtran. &.c. vlti. de reſcript. lib. 6. Et ideo, ſi beneficiatꝰ in eum caſum incidat, ſaltem culpa ſua, vt officium facere non poſſit, amittit beneficium, vt not. in.c.1. de æta.& quali.&.c.tua nos, de cleri.ęgro. & nos alibi diximus ſuprà, in beneficij cauſa ceſſante.

*Beneficiatꝰ ſua culpa in id incidens vt officiũ facere nõ poſſit, priuatur beneficio.*

*Declaratio præcedentium.*

12 ¶ Bal. autẽ vbi ſuprà, relata illa opi. quã diximus, eam ita declarat, vt ſi requiratur cauſam adeſſe certo,& determinato tẽpore, ſufficit eam adeſſe eo tẽpore: nec ea poſtea ceſſante ceſſat effectus, ſiue cauſa ſit momẽtanea, ſiue ſucceſſiua. quod & nos latè tractauimꝰ ſuprà, in quarta limitatio. Et aliter quoque hæc declarat, quæ hîc de induſtriã prætermittimus, quia ea adſcri-

pſimus

pſimus in alijs locis magis peculiariter ad ea pertinentibus.

## VIGESIMA QVARTA LIMITATIO.

1 ¶ VIGESIMO QVARTO limita regulã noſtrã nõ procedere in vltimis voluntatibus, in quibus ſi fortè fortuna ceſſat cauſa vice modi adiecta, nõ propterea ceſſat effectus, vt & nos ſuprà alicubi tranſeunter diximus, & probatur in. l. ſi fundum per fideicõmiſſum, §. Iulianus ſi Titio, aliàs, ſi Titio, qui eſt. §. 1. & ibi Bar. & alij, ff. de lega. 1. & idem Bar. in. l. 2. §. vlti. colũ. 2. verſi. vbicunque dixi. ff. de donat. & in. l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonſtrat. & Imo. in. d. c. poſt tranſlationem, colũ. 6. num. 39. de renunciat.

*Hæc regula non habet locũ in teſtamentis cum cauſa vice modi eſt adiecta.*

2 ¶ Cæterùm comperies apud Bar. in illo. §. Titio genero, iſtud nõ procedere, quando modus de neceſsitate ineſſet legato, vt in caſu. d. §. Titio genero, ſecundum Ray. quãquam Bar. ibi dicit deficere legatum, quia non erat modus, ſed conditio.

*Niſi modus de neceſſitate ineſſet legato.*

3 ¶ Sed quia hæc res eſt admodum ſcrupuloſa ſuper intellectu vtriuſque illius loci,

*De eadẽ re.*

ideò antequam hîc tuũ iudicium firmes, vide omnino Bald. Imol. Paul. Caſtren. Rapha. Com. Angel. Peru. & Iaſo. in dicta. l. ſi fundum per ſideicommiſſum. §. 1. & omnes ſcribentes, in. d. §. Titio genero, & latè Bald. ipſum in. l. generaliter, col. 5. verſ. quintò quærit, C. de epiſcop. et cleri.

## VIGESIMA QVINTA LIMITATIO.

1 ¶ VIGESIMO QVINTO limita procedere in cauſa pro qua excludenda aliquid cõſtituitur, ſecus in cauſa propter quã habendam aliquid fit: nam licèt ceſſaret illa cauſa, nõ propterea ceſſaret id quod factũ eſt propter illã. Verbi gratia, contrahitur matrimonium propter prolem, ſi tamen vxor ſit ſterilis, ita vt prolem non habeat, non propterea diſſoluitur matrimonium c. dixit dominus. 32. quæſt. 1. & c. tantum. 32. q. 7. vbi id expreſsè no. glo. quod diximus. atque etiam glo. in. c. & ſi Chriſtus ad fi. in verbo, ceſſante cauſa, de iureiu. & ibi quoq; Anto. in. §. vl. poſt mediũ, verſi. oppo. ꝙ ceſſante, vbi dicit per eam gloſſ. ꝙ ceſſante cauſa facti, non ceſſat factum, quanquã

*Hæc regula nõ habet locũ in cã ob quã habendã aliquid fit.*

*Ceſſante cã facti nõ ceſſat factum.*

quãquam alij aliò hæc referunt, nempe ꝙ proles non ſit ſola cauſa matrimonij, vt diximus ſuprà, in. 22. limitatio. nume. 1.

## VIGESIMASEXTA LIMITATIO.

1 ¶ VIGESIMOSEXTO limita & hãc noſtram regulam, vt procedat, quando cauſa ceſſat non ſolùm actu, ſed & exemplo: ita vt videlicet nõ poſsit trahi in perniciem exẽpli, aliâs nõ ceſſaret effectus, ita enim expreſsè magna authoritate affirmãt glo. in. c. neophytus, in verbo, cauſa, ibi, vno modo ſic, 61. diſtinct. per tex. in. §. verũ, 63. diſtinct. & ſequuntur Archid. & Domin. in. d. c. neophytus. Et ad hoc præbet aliquod argumentũ tex. in. l. ſi quis aliquid, §. qui abortiuũ, ff. de pœnis, & c. principatus, 1. q. 1. cũ alijs cõcord. ibi traditis à glo.

*Hæc regula ꝓcedit quando cã ceſſat actu & exẽplo.*

## VIGESIMASEPTIMA LIMITATIO.

1 ¶ VIGESIMOSEPTIMO limita non procedere in cauſa eſſentiali, aut vt alij vocant efficiẽti, quãdo cauſa ipſa & effectus ſunt in diuerſis ſubiectis, vt pater et filius:

*Hæc regula non procedit in cauſa efficien-*

*te, quādo ea & effectus ſunt in diuerſis ſubiectis.* tunc enim ceſſante cauſa non ceſſat effectus, licèt enim ceſſet, ſiue deſinat eſſe pater, non tamen deſinit filius: ſiue ſit iam natus, ſiue poſthumus, l. Gallus, ff. de liber. & poſthumis, per quam ita in ſpecie voluit Bald. in. c. cùm ceſſante, colū. 1. in. 4. not. de appellatio.

2 *Nec cū effectus poteſt per ſe ſtare.* ¶ Aliter autem, licèt in eundē finem, loquitur idem Bal. in. l. generaliter, colum. 3. verſicu. ſed quandoque requiritur, C. de epiſcopis & clericis, vt ſcilicet noſtra regula non habeat locum in cauſa efficiēte, cùm effectus per ſe poteſt ſtare, per. l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, ſicut inquit, quotidie videmus, quòd mortuo pictore manet pictura, mortuo patre manet filius, mortuo igne, manet calor homini ab igne datus, & ſic de ſimilibus, ſubdítque facere legem, qui libertinos, §. 1. ff. de oper. libert. &. l. 2. in princip. ff. de excuſat. tutor.

3 ¶ Idem in. d. l. patre furioſo, in. 1. lect. col. 1. non multò poſt prin. ff. de his, q. ſunt ſui vel alie. iur. poſtquā retulit Dy. dicentem ꝙ ceſſante cauſa ex toto, ceſſat effectus, ſecus ſi remanēt reliquię, vt ſuprà alibi dixi mꝰ, ſubiūgit duas eſſe cauſas fiēdi, ſcilicet *Cauſa duæ fiendi.*

efficien-

efficientem & finalem:& duas eſſe cauſas eſſendi:ſcilicet materialem & formalem. De duobus autē primis intelligi ipſū Dy. De tertia & quarta, ſi in totum deſtruantur, deſtruitur quod fundatur in ipſis, l. ſi ex legati cauſa,ff.de verb.obliga. & .l. in naue Sauphei,ff.loca.&.l.qui vſumfructū arez,ff.de contrah.empt.&.l.quæſitum,§. illud,ff.de leg.3.Et idem propemodū repetit ipſe Bal.in.2.lectura eiuſdem.l.patre furioſo,paulò ante fi.niſi quòd clarius dicit,ceſſante cauſa materiali,& formali,effectum ceſſare:quia is effectus eſt inſeparabilis à cauſa:& ea quidem cauſa dat eſſe rei,& rem in eſſe conſeruat l. Iulianus, ff, ad exhibend. Tandem dicit in eadem.l. patre furioſo,cauſas eſſe velatas, non abſorptas,poſtea verò in verſicu. tertiò not. quòd multa,ex eo tex.no.multa impedire contrahenda,vt furorem:quę non vitiant iā contracta:eiuſque rei rationē eſſe, quia ea quæ ſunt perfecta ſunt in ſuo eſſe præcedēte conſenſu. vt no.in.l.ſi is qui animo ſuo,ff.de acq.poſſeſsio. At ſuper illo, inquit,brochardo,dic quòd aut eſt impedimentum ex parte cauſæ materialis, & tūc vitiat,l.inter ſtipulantē,§.ſacrā, ff. de ver- Cauſæ etiā duæ eſſēdi.

 bor.

bor.obligat.aut ex parte cauſæ finalis, & idẽ:aut ex parte cauſæ efficiẽtis,& tũc aut effectus dependet à cauſa,quia eſt in fieri, & vitiat. Aut nõ depẽdet à cauſa, quia eſt in facto eſſe,& nõ vitiat,vt in.d.l. patre furioſo. Aut eſt impedimentum alterius accidentis,& tunc ſi potens eſt ad reſoluendũ,reſoluit:aut nõ eſt potẽs,& nõ reſoluit l.nõ diſtinguemus,§.ſacerdotio, ff. de recept.arbit.ſecũdũ Iacob.Butrig. Aut impedimentũ eſt circa ipſum principale, & tũc aut nõ cõpatitur ſe cũ principali,& vitiat,l.pro parte,ff.de ſeruit.&.l. exiſtimo, ff.de verb.obligat.Sed Pet. vt ſubiungit, ita diſtinguit,aut actus peruenit ad cõfirmationẽ,& tunc caſus ſuperueniẽs nõ vitiat:aut nõ,& tũc aut ſequitur abſurdũ, & tũc vitiat,l.vl.& ibi Pet.& Cyn.in add.ff. rer. amot. aut non ſequitur abſurdum, & non vitiat.§.ex contrario,Inſtit. de lega. Hæc Baldus, vbi ſuprà, quorum magna pars pertinet ad ea quæ diximus ſuprà in. 12. limitatione.

4 ¶ Sed & aliter Salic.poſt Iacob. Butrig. in eadem.l.generaliter,circa medium, nã ceſſante,inquit,cauſa efficiẽte, ceſſat effectus,quãdiu res eſt in fieri,ita enim loqui-

*Iterum de cauſa effeciente.*

tur,

tur, non etiam quãdo eſt in facto eſſe, per l. furioſum, C. qui teſta. fa. poſſ. & d. l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Licèt ait Saly. vbi ſuprà, ſecus ſit in cauſa materiali, quia ea ceſſãte ſemper ceſſat effectus, ſiue ſit in fieri, ſiue in perfecto eſſe, l. non moriturũ, C. de cõmit. ſtipul. & l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verbor. obligat. & l. qui res, §. aream, ff. de ſolut. Et idem de formali in l. Iulianus, §. ſed & ſi quis, ff. ad exhib. & l. Scio, §. Caio, ff. de aur. & arg. le. & l. is qui quadringẽta, §. quędam, ff. ad leg. Falcid. quæ iura, vt id addas ſolent in id allegari, quòd forma dat eſſe rei, de quo & nos alibi latè diximus. *Quid in cauſa materiali.* *Quid de formali.*

5 ¶ Et idem propemodum voluit Im. nullam Salic. mentionem faciens, in d. c. poſt tranſlationem, colum. 5. num. 37. & ſeq. de renunciat. vbi tamẽ intelligit quod dictũ eſt de cauſa materiali, vt ſcilicet ea ceſſante ceſſet materiatum, tamen ſi mora interueniat, remanebit quis obligatus ad æſtimationem ipſius materiati, per l. ſi ex legati cauſa, ff. de verb. obligat. & l. quod te, ff. ſi cert. petat. *Ad cauſam materialẽ redit.*

6 ¶ Denique & aliter, licèt in eandem propemodum ſententiam, Ægid. Bellam. in *Et ad eadẽ cauſam efficiẽtem.*

c.poſt tranſlationem, colum. 4. ver. recipiẽdo ergo cauſam, de renunciat. In cauſa (inquit) efficiente quoad effectus cõſumptos & iam in eſſe productos, & quorum conſeruatio ab exiſtentia cauſæ nõ dependet, non habet locum regula, ceſſante cauſa, l. vlt. in. 1. reſpon. ff. vnde lib. & l. 1. C. de pac. & l. naturalis, §. 1. de præſcript. verb. & c. vlt. de offic. lega. & c. licèt, de ſentent. excom. lib. 6. & arg. l. ſciendum, §. 1. ff. qui ſatiſd. cogan. & l. ſi cognatis, in reſpon. ff. de reb. dub. Et ideo (inquit) mortuo patre nõ ſequitur quòd mortuus ſit filius. Quoad effectus verò nondum productos aut pendentes in fieri, ſed quorum cõſeruatio in eſſe dependet ab exiſtentia cauſæ, habet locum ea regula, d. l. vlt. in. 2. reſpon. vnde lib. & l. 1. in fi. ff. vnde legit. & l. non tantũ quæ eſt. 3. §. ſi emãcipatus filius, le. 2. ff. de bon. poſſeſſ. contra tab. & l. tutelas, ff. de capit. diminu. & §. vl. Inſti. de legit. agnat. ſucceſſ. Et id certè totũ pertinet ad. 12. noſtram limitationem.

## VIGESIMAOCTAVA LIMITATIO.

1 ¶ VIGESIMOOCTAVO limita proce-

cede-

cedere in his quæ dependent ex animo & intentione, ita vt aliter ſtare non poſſint. Secus in his quæ non dependent ex intentione, poſſuntque ſtare ſine animi diſpoſitione, quia ceſſante in illis cauſa etiam finali, non ceſſat effectus, vt dicit Bald. in. d l. generaliter, colum. 4. verſic. ſequitur videre, C. de epiſcopis, & cleri. vbi ponit huiuſmodi ſpeciem. Ego ædificaui domum ad eum finem, vt illam habitarem: ſi ceſſat poſtea ea cauſa finalis, quia ego non habito, non propterea ceſſat domus, quia habet eſſe ex materia & forma, quæ adhuc ſuperſunt, & non ex intentione mea, velim enim aut nolim, domus eſt.

*Hæc regula nõ habet locum in his quæ non dependent ex intentione.*

## VIGESIMANONA LIMITATIO.

1 ¶ VIGESIMONONO limita hanc noſtram regulam, vt non procedat in cauſa ſiue ratione, quæ fundatur id ſola præſumptione, per id quod no. voluit Bald. con. 250. cuius exordium eſt, in quæſtione domini Milani, colum. vlt. nõ multò ante fi. libr. 1. quòd ſcilicet huiuſmodi ratio non

*Hæc regula non habet locũ in ratione, vel cauſa fundata in ſola præſumptione.*

reſtrin-

reſtringit diſpoſitionem generalem legis vel ſtatuti, per not. à Iacob. & Oldrad. in. l. 1. ff. ſolu. matrimo. quod & nos diximus ſuprà in ceſſante ratione legis, nu. 142. incip. igitur vt repetamus, ſed hîc repetere voluimus, quoniam ex illo ſequitur non ceſſare effectum ceſſante huiuſmodi ratione, vt quæ legem vel ſtatutum non reſtringit. Et faciunt quæ diximus ſuprà in. 21. limitatio. vbi locuti ſummus de cauſa tacita.

## TRIGESIMA LIMITATIO.

1 *Hæc regula nõ procedit cùm ſpes eſt reditus cauſæ ceſſantis.*

¶ TRIGESIMO limita vt procedat, cũ omnino ceſſat cauſa, non tantùm pro præſenti tẽpore, ſed & pro futuro, ita vt nulla ſit ſpes reditus ſiue reuerſionis cauſæ. Secus ſi ſit quædam ſpes vt redeat, nam tunc ea redeũte non ceſſat effectus illius. verbi gratia, in priuilegio cõceſſo cænobio cuipiam, vt aliud monaſteriũ occurrente vacatione teneatur eligere vnũ ex monachis illius cœnobij: contigit autẽ vt nullus illic tẽpore electiõis eſſet idoneus, ita vt cauſa tũc ceſſet: ideo fuit alius electus qui nõ erat hui9 cœnobij, quæſitũ eſt an ſi poſtea tem-

tēpore alterius ſequentis electionis, ſit ali
quis idoneus, an eligentes tenecātur illum
eligere vi illius priuilegij. Et hāc quæſtio
nem tractat glo.in.c. abbate,in fi. de verb.
ſignificat. dicítque primùm videri id pri-
uilegium fuiſſe prorſus ac perpetuò ex-
tinctum,quia vnico actu perditur priuile
gium,c.cùm veniſſent, de conſtitut. &. c.
conſtitutus,de reſcript.

2 ¶ Tamen decidit contrarium, vt ſcili- *De eadē re.*
cet teneantur eligere idoneum ex illo cæ-
nobio, ſi quis reperitur tempore electio-
nis, licèt antea nullus fuiſſet, arg.l. & At-
tilicinus, ff.de ſeruit. ruſtic. præd.& cap.
quia diligentia,de electio.Et illam glo. ſe-
quuntur omnes,ibi,ex quibus Panor. qui
illā dicit no.expreſsè illud aſſumit, quod
in prin.huius limitationis diximus,quod
dicit bene notandum. & ſequitur Philip.
Dec. in cap.cùm ceſſante, colum.1.verſic.
quintò limita,dum ſimpliciter allegat Pa-
norm. vbi ſuprà. Et faciunt quæ diximus
ſuprà in. 17. limitatione.

## TRIGESIMA PRIMA
### LIMITATIO.

¶ TRI-

1 ¶ TRIGESIMOPRIMO limita(& hoc proximè accedit ad ſuperiorem limitationem, atque etiã ad.16.) vt procedat hæc regula quando cauſa omnino ceſſat, ſecus ſi pro parte tantùm, vt voluit gloſſ.in.c.cùm acceſsiſſent, in verbo, cõtrauenerint, & ibi Roch.Curtius de cõſtit.& Philip.Dec.in d.c. cùm ceſſante, de appella. vti eos allegat Nicol.Bellon.con.8. reſpondendo diuerſis dubiis, nu. 5. licèt mihi id dicere nõ videantur. Sed tamen hoc verum eſſe puto per ea quæ diximus in dd. duabus limitationibus.

*Hæc regula nõ habet locum cũ cauſa pro parte tantum ceſſat.*

## TRIGESIMASECVNDA LIMITATIO.

1 ¶ TRIGESIMOSECVNDO limita, vt procedat, quando cauſa ſiue ratio legis vel conſtitutionis generaliter ceſſat: ſecus ſi in vno tãtùm caſu inter multos, quos conſtitutio complectitur, ceſſaret ſiue deficeret: tunc enim non ceſſat conſtitutio, vt expreſsè voluit Franc. Areti.in.l.2.colum.5. ver.tu autẽ aduerte, ff. de vulga. & pupil. ſuſtit per not.per Bart.in.l.cũ ij, §.eam autẽ, ff.de tranſa.& per optimũ (vt dicit) tex. in.l.

*Hæc regula non habet locũ cũ in vno tantum caſu cauſa ceſſat.*

in.l.1. in.fi.ff.de minorib.quod & nos alibi diximus ſuprà in leges ceſſante ratiõe, ſed hic inter limitationes itẽ ponere optimũ putauimus.vt faciliùs lector inueniat.

## TRIGESIMA TERTIA LIMITATIO.

1 ¶ TRIGESIMOTERTIO limita noſtrã hanc regulam, vt non procedat quãdo culpa illius, qui aliquid dedit aut conceſsit, ceſſat cauſa, nam tunc non ceſſat effectus, ſi credimus, vt credendum exiſtimamus, Iacob. Beluiſ. qui id ipſum voluit in. l. 2. §. vlt. ff. de donationibus,per.l. filiam, ff. de Senator.vti illum refert & ſequitur Alberic. in.l. generaliter,colum.2. verſic.ſed pro prima parte, C. de epiſcop. & cleric. Quanquam ſunt qui aliò referunt. d.l. filiam, vt diximus ſuprà in.19. limitat.nu. 2.incip. & ad hoc quoque.

## TRIGESIMA QVARTA LIMITATIO.

1 ¶ TRIGESIMOQVARTO limita, vt procedat quãdo effectus finalis cauſæ ſiue *Hæc regula nõ habet lo-*

finis,

*cū, ſi ex tūc & nō retro dſectus cau ſa impediat effectum.* finis, eſt ordinatus ad impediendum effectum ex tunc & retro, nam tunc ceſſante ea cauſa, haud dubiè ceſſat effectus. Secus ſi ex tunc & non retro, tunc enim retro nō ceſſaret, vt poſt Iacob. Butri. ſcripſit Saly. in.d.l. generaliter, in.3.oppoſ. C. de epiſc. & cleric. vbi dicit primum probari ex. l. pro parte, ff. de ſeruit. lega. &. l. 3. §. adeo, ff. de liber. agnoſcend. &. l. Vranius, §. quēadmodum, ff. de fideiuſſor. Secundum ex, l. tutelas, in prin. ff. de capit. diminut. & l. vl. ff. vnde lib. &. §. item qui reipublicæ, Inſti. de excuſat. tutor. Sed id multū obſcurum eſſe videtur, niſi intelligas ſecūdum ea quę diximus ſuprà in.12. limitat. nu.24. incip. intellige ſecūdò, et in.23. limita. pręſertim nu. incip. in ſecundo caſu, & ſequē. vt certè intelligi debet, vt ſatis conſtat ex illis iuribus, & eis quæ ibi diximus.

## TRIGESIMAQVINTA LIMITATIO

1 *Hæc regula fallit ī cau ſa tantùm* ¶ TRIGESIMOQVINTO limita procedere ſecundū theologos in cauſa introducente ſine producente, atque etiam conſeruāte, vt videlicet huiuſmodi cauſa ceſſante

ſante ceſſet effectus, ſecus in cauſa inducē te ſolùm, non etiam conſeruante. Ita enim voluit Diuus Bonauentura lib. 2. Senten: diſt. 7. arti. 1. quæſtio. 2. & iterum eod. lib. 2. diſtinctio. 32. quæſtio. 2. eod. lib. 4. diſtinctio. 4. artic. 1. diſtinctio. 2. & rurſum eod. lib. 4. diſtin. 22. art. 1. quæſtio. 1. vbi & vtriuſque ponit exemplum, de primo videlicet cauſa producente & conſeruante: Sol eſt cauſa inducēs & conſeruans lumē, ideóque ſemper ſole ceſſante, ceſſat ipſum lumen ab eo procedens. de ſecūdo ſcilicet cauſa producēte ſolùm & non conſeruante, gladius eſt cauſa producēs vulnus, non tamen conſeruās, & ideo ceſſante gladio, non propterea ceſſat vulnus. *producente & non etiā cōſeruante.*

2 ¶ Et hanc quoque limitationem ſenſit etiā è noſtris Bal. qui nihil rerum omniū (quod alibi diximus) intactum reliquit, in. l. 1. §. 1. in prima lectura, in fin. ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio, vbi poſtquam dixit, quòd ceſſante cauſa officij ceſſat officium, per text. in. d. l. tutelas, ff. de capit. diminutio. & diximus etiam ſuprà in officij cauſa ceſſante, ſubiungit hoc eſſe verum, quando eſt cauſa talis, quæ requiratur ad conſeruationem rei, *Ad idem.*

per

per illum ipſum text.in.d.l.tutelas, & expreſsiùs idem Bal.in repetit.l.2.col.7.ver. viſo vnde naſcatur,& iterum col.27.verſi. de tertia igitur,ibi,ſi cõſideretur tertio modo,ff.de iureiuran.& Franc. Rip. qui illũ non citat,in.l. ex facto, colum. 3. num.17. ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.

3 *Ad idem.* ¶ Quibus adſtipulatur quod voluit Ioã. Calder.conſi.179.-omiſsis pluribus,prout eum refert & ſequitur Socyn.con.241.circa primam difficultatem,col.9.verſi.nonò comprobatur, lib. 2. quòd vbi non ſubeſt cauſa, propter quam aliquis effectus producitur & conſeruatur, nunquã illius effectus induci poteſt productione vel exiſtentia,& ita dicit argumẽtari Gratianum in, §. hoc idem, de pœniten. diſtinct.1. & facere tex.in cap.debitum,de bigam.&.c. ſi pauper,de præbẽd.lib.6.& in.l.in omnibus cauſis,ff.de regul. iur.

## TRIGESIMASEXTA LIMITATIO.

1 *Hæc regula nõ procedit* ¶ TRIGESIMOSEXTO limita noſtram regulam,vt procedat in contractu innominato, nam ceſſante in eo cauſa finali,ceſſat

& ipſe

& ipſe contractus: ſecus in contractu nominato abſolutè & per ſe ſtãte abſque aliqua dependentia contractus innominati, neq; enim ſi in eũ cadit cauſa finalis quæ deficit, nõ reſoluitur nec ceſſat cõtractus. Ita voluit Bal. in. l. cũ te, ita intelliges eum tex. C. de pact. inter emptor. & vẽd. fact. vide ſuprà in contractus cauſa ceſſante.

*in cõtractu nominato nõdepẽdente à contractu innominato.*

## TRIGESIMASEPTIMA LIMITATIO.

1 ¶ TRIGESIMOSEPTIMO limita hanc noſtram regulam, vt non procedat in ceſſatione cauſæ, propter quà forma eſt introducta, neque enim ea ceſſante ceſſat formę obſeruatio, vt ſcribitur à Bart. & aliis in. l. cum hi, §. ea autẽ, ff. de trãſactio. prout allegat (neq; enim reperi) & ſequitur Fran. Are. in. l. 2. col. 5. verſi. tu autem aduerte, ff. de vulg. & pupil. vbi id dicit probari in l. ſi fundus, ff. de rebus eorum, & clariùs in cap. 1. §. præſertim, de rebus eccleſ. non alienandis, lib. 6.

*Ceſſãte cauſa ob quam introducta eſt forma, nõ ceſſat formæ obſeruatio.*

## TRIGESIMAOCTAVA LIMITATIO.

1 ¶ TRIGESIMOOCTAVO limita eandem regulã, vt etiam non procedat, quando talis eſt caſus, qui non vitiaretur partibus volentibus: nam etiam tunc deficiẽte cauſa, nõ vitiaretur ipſe actus, per. l. ſciendum, §. vl. ff. qui ſatiſdare cogantur, quam ſic intelligit Barto. in. l. pluribus, §. & ſi placeat, colum. 2. ibi, aut non tradit, ff. de verbo. obligatio.

*Ceſſãte cauſa nõ ceſſat effectus in caſu, qui nõ vitiatur voluntate partium.*

## TRIGESIMANONA LIMITATIO.

1 ¶ TRIGESIMONONO limita, vt hęc noſtra regula non procedat in ſpiritualibus, vt videre licet in. c. es parte tua, & ibi glo. in verbo, falſa ſit cauſa, & Hoſtiẽ. col. 2. in verbo, cauſa, Petr. Ancha. in. 5. no. Anto. col. 2. verſi. oppo. quòd falſa cauſa, de conuerſ. coniugat. & in. c. magnæ, & ibi prope omnes, de voto. Et huius rei dicit Hoſt. rationem ſumi ex cap. pe. de his, quæ met. cauſ. fiũt, & in. c. dudũ, de cõuerſ. coniuga. vide quæ dixi ſuprà in voti cauſa ceſſante.

*Hæc regula non procedit in ſpiritualibus.*

## QVADRAGESIMA LIMITATIO.

¶ QVADRAGESIMO limita, vt procedat hæc regula in cauſa fiendi, vt noſtri loquuntur, ea enim ceſſante ceſſat fiendum, ſed iam factum & perfectum non tollitur. Sed ceſſante cauſa eſſendi impeditur fiendum, & tollitur iam factum. Ita expreſsè voluit Bald. in. c. & ſi Chriſtus, col. vl. ver. adde quòd ceſſante vna, de iureiuran. vbi dicit id voluiſſe Io. Mona. in prooemio. 6. lib. quē vide in princip. ipſius prooemij, atque etiā ipſum Bal. in prooemio decretalium, in verbo, rex pacificus, colu. penul. & vlti. Hæc autem limitatio nōnihil pertinet ad ea quę diximus in. 12. limitatione. Et vide hîc quæ dixi ſuprà eodem Bal. in eadem. 12. limitatione. nume. 13. incip. ſed hanc principalē, & iterum in 27. limita. nu. 3. poſt princip. *Quid in cauſa fiendi.* *Et quid in cauſa eſſendi.*

FINIS.

# TABVLA AL-PHABETICA huius operis.

A

Abbas depoſitus ſine culpa primũ locum poſt abbatẽ tenet, limit.15.nu.8.

Ablationis cauſa ceſſante ceſſat ablatio, par.1.nu.20

Abſens, ob cõtumaciam potius damnatus eſſe cenſetur quã ob malã cauſam par. 1.nu. 63.

Abſolutionis cauſa ceſſante ceſſat effectus, par.1. nume.20.

Abſolutionis cauſa ceßante ceſſat abſolutio, part. 1. num.21.

Abſolutionis cauſa limitata, limitatũ effectũ producit, par.1. nu.142.

Actionis cauſa ceſſante ceſſat actio, par.1.nu.21.

Actionis cauſa ceſſante ceſſat actio, par.1. num.22. & ſequen.

Actio quæ cõpetebat ob intereſſe, deſinit competere ſi deſinat intereſſe, par.1. num.23.

Actio ob intereſſe cõpetens, eo ceſſante deſinit, par.1. num.23.

Actio directa ex mẽte competit, par.1.nu.136.

Actu cõſummato caſus ſuperueniẽs nõ vitiat, limi. 12. nu. 15. etiam in foro conſciẽtiæ, ibid.num.16. Etiã in effectu nondum conſummato, ſed inchoato, qui tamen pro completo

to habetur, limitat. 12. num. 19.
Quid in cauſa eſſendi. ibidem. nu. 15. & duob. ſequentib.
Quid in tempore futuro, ibid. num. 24.
Actus quando conſummatus vel perfectus dicatur. limita. 12. num. 28.
Actus cauſæ proximæ attribuitur, l mi. 20. nu. 5.
Actus nō cōſecuturi ſunt à cauſis multum remotis, limita. 20. nu. 5.
Actus à cauſa proxima denominatur, limita. 20. num. 5.
Actus quādo à prima cauſa denominatur. limita. 20. num. 19. & 20.
Adēptionis cauſa ceſſante ceſſat adeptio, par. 1. nu. 24
Adēptio legati ob inimicitias ceſſat ſi cōciliatio interuenerit, par. 1. nu. 24.
Adoptiui parētes in ius ſine venia vocari non poſſunt, par. 1. num. 45. ſed tandiu tamen quandiu durat adoptio, ibid.
Adoptione ceſſante ceſſat inſtitutio ob eā facta. par. 1. num. 116.
Adrianus Florentinus theologus præſtantiſſimus, limita. 1. num. 4.
Aduocatus officio depoſito manet clariſſimis nec torqueri poteſt, li. 15. nu. 7.
Aegrotus ſi curatus in morbū ſtatim inciderit eadē morbi cauſa permanſiſſe dicitur, par. 1. nu. 178.
Aequitati naturali iuriſconſulti innituntur, limita. 1. num. 69.
Aeſtimatiōis limitata cauſa limitatū effectum producit, par. 1, nu. 142.
Aetate ceſſante ceſſat illius effectus, par. 1. nu. 25.
Affinitatis cauſa ceſſante ceſſat affinitas & effectus qui inde ſequebatur, par. 1. num. 27.

Affinitatis priuilegium finita affinitate perit. par. 1. num. 27.
Affinis durante affinitate ob affinis ſui iniuriã accuſare poteſt, par. 1. nu. 30.
Affinis ſoluta affinitate ad id quod eſt de iure ſpeciali cõtra ius cõmune non admittitur, par. 1. nu. 37
Affinis ſoluta affinitate ad id quod eſt de iure cõi admittitur, par. 1. nu. 37.
Agnati hodie cognatis non præferũtur, quia ſublata eſt differentia agnationis & cognitionis, par. 1. num. 127.
Agnatum eſſe tempore delatæ hæreditatis ſatis eſt limita. 4. num. 5.
Agnatio in acquirenda hæreditate effectum ſucceſſiuum non reſpicit, limita. 4. nu. 5.
Amicitia redintegrata reſtituit quod inimicitia ademerãt, par. 1. nu. 24.
Amicitia quæ ex forma et pulchritudine proficiſcitur, deficiẽte pulchritudine perit, par. 1. num. 38.
Amor qui ex affinitate proceſſerat, ſoluta affinitate ſoluitur, par. 1. nu. 27.
Amor ex affinitate cõtractus, ea finita diminuitur, par. 1. num. 29.
Amor ex affinitate contractus, ex ea ſuceptis liberis nõ ceſſat, par. 1. nu. 29.
Amoris cauſa ceſſante ceſſat amor par. 1. nu. 38.
Amoris ob formam, & formæ idem finis eſt, par. 1. num. 38.
Appellationis cauſa ceſſante ceſſat appellatio. par. 1. nu. 39.
Appellationis cauſa grauamen eſt, par. 1. nu. 39.
Appellanti prima die an ſtatim currat tẽpus proſequendi, par. 1. nu. 80.
Appellationis cauſam vnã probare ſufficit, licèt plu
res

res expreſſæ ſint. limita. 22.num.7.

Arbitriorũ extraordinariorũ cauſa ceſſante, ceſſant arbitria,par.1.nu 40.

Argumentum valet à deſtructione cauſæ ad deſtructionem effectus,& ècotra, par.1.nu.144.

Argumentũ à cauſa finali ſumitur non etiã impulſiua limit.1.nu.8. & .9.

Argumentũ à ratione naturali abſq; a legatione iuriũ valet,limi.1.nu.78

Argumẽtũ probabile tantũ nõ concludit neceſſariò,limita. 6. num. 2.

Argumentum non ab euentu,ſed à cauſis immediatis concludit,limita.20. num.8.

Argumẽtum ducitur à ratione vnica tacita, ac ex expreſſa,limita.21.

Argumẽtũ nõ ſumitur à cõtrario ſenſu vnius cauſæ ex pluribꝰ,lim. 22.nu.5.

Authoritas ſtatuti finitur ceſſante cauſa prohibitionis,par.1.num.115.

B

Banni cauſa ceſſante ceſſat bannũ,par.1. nu.41.

Bannum ob cõtumaciã irrogatum,bãnito cõparente in ſimplicẽ citationẽ reducitur, par.1.num. 59.

Bãnitus cõdemnatus de falſo,magis ob contumaciã quã quod falſum cõmiſerit,dãnatus eſſe cẽſetur, par.1.num.63.

Bello ceſſante ceſſat omnis effectus ex bello ſecutus, par.1.num.42.

Beneficij à iure cõceſſi ceſſante cauſa ceſſat benæficiũ, par.1. num.45.

Beneficiũ legis non eſt alicui auferendũ, par.1. nu.82.

Beneficio vbi locum facit perſonæ conditio ea deficiente beneficiũ deſinit, par. 1. num.105.

Beneficiatus ſua culpa in id incidens vt officiũ facere non poſsit, priuatur beneficio, limita. 23. num. 11.
Beneficiũ datur propter officium, limita. 23. nu. 11.

C

CAſus ſuperueniẽs qui ab initio impediuiſſet actũ geri, ſi tẽdit ad eũ dẽ effectũ cũ actu geſto, non tollitur quod geſtum eſt, limita. 14. nu. 2.
Niſi debitoris interſit ibidem. num. 9.
Cauſa quid, par. 1. nu. 2. et. 3.
Cauſa quid à ratione differat, par. 1. num. 2. & 3.
Cauſa quibus modis dicatur, par. 1. num. 4.
Cauſa eſt de præterito, par. 1. num. 6.
Cauſa & ratio ſæpe confundũtur, par. 1. nu. 7. & 8
Cauſa finalis legis propriè ratio dicitur, par. 1. nu. 9.
Cauſa dicitur cui ratio ineſt, par. 1. num. 10.
Cauſa cui ratio nõ ineſt propriè cauſa nõ eſt ſed abuſiuè, par. 1. num. 10.
Cauſa ceſſante ceſſat effectus par. 1. num. 11.
Cauſatum perimit cauſa perẽpta ſuũ, par. 1. nu. 11.
Cauſa finalis falſa, vitiat legatum & contractum, par. 1 num. 16.
Cauſa durante durat effectus, par. 1. num. 17.
Cauſa ceſſante ceſſat diſpoſitio etiam in foro conſcientiæ, par. 1. num. 18.
Cauſa amoris ceſſante ceſſat amor, par. 1. num. 38.
Cauſa appellationis ceſſante ceſſat appellatio, par. 1. num. 39.
Cauſa banni ceſſante ceſſat bannũ, par. 1. nu. 41.
Cauſa belli ceſsãte ceſſat effectus illius, par. 1. nu. 42.
Cauſa cõmiſsionis ceſsãte ceſſat cõmiſsio par. 1. nu. 48

Cauſa

Cauſa commodi ceſſante ceſſat commodum, par. 1. num. 49.

Cauſa conceſſionis ceſſante, ceſſat eius effectus, par. 1. num. 51.

Cauſa conceſſionis ceſſante ceſſat conceſſio, par. 1. num. 50.

Cauſa conſtitutionis ceſſante ceſſat conſtitutio, par. 1. num. 53.

An reuocari conſtitutionem neceſſe ſit, ibidem.

Cauſa conſtituti ceſſãte ceſſat conſtitutum, par. 1. num. 54.

Cauſa conſuetudinis ceſſante ceſſat conſuetudo, par. 1. num. 55.

Cauſa contractus ceſſante ceſſat contractus, par. 1. num. 56.

Cauſa contumaciæ ceſſante ceſſat effectus illius, par. 1. num. 57. & ſeq.

Cauſa diſpẽſationis ceſſante ceſſat diſpenſatio, par. 1. num. 89.

Cauſa dilationis ceſſãte ceſſat dilatio, par. 1. nu. 74.

Cauſa expulſionis ceſſante ceſſat expulſio, par. 1. nu. 100.

Cauſa immunitatis ceſſante ceſſat immunitas. par. 1. num. 113.

Cauſa impedimenti ceſſante ceſſat impedimentũ. par. 1. num. 114.

Cauſa infamiæ ceſſante ceſſat illius effectus, par. 1. num. 115.

Cauſa legati ceſſante, ceſſat legatũ, par. 1. num. 121.

Cauſa legitimationis ceſſante ceſſat legitimatio, par. 1. num. 123.

Cauſa limitationis ceſſante ceſſat liberatio, par. 1. nu. 174.

Cauſa mandati ceſſãte ceſſat mandatum, par. 1. num. 175.

Cauſa morbi ceſſante ceſſat morbus, par. 1. num. 177.


Cau-

Cauſa neceſsitatis ceſſante ceſſat quod ob eā ſtatutū eſt, par.1.num.179.
Cauſa odij ceſſante ceſſat odium, par.1. nu. 185.
Cauſa officij ceſſante ceſſat officium, par.1. num.188.
Cauſa permiſsionis ceſſante ceſſat permiſsio. par. 1. nu.197.
Cauſa periculi ceſſante ceſſat periculum, par.1.nu.198.
Cauſa præſumptionis ceſſante ceſſat præſumptio, parte.1.num.20.
Cauſa priuilegij ceſſante ceſſat priuilegium, par. 1. num. 203.
Cauſa cōmenſurata tempori commenſurat effectum, par.1.nu.209.
Cauſa cùm ad nō cauſam reducitur, perinde eſt ac ſi à principio cauſa nō fuiſſet, par. 1.nu. 215.
Cauſa prohibitionis ceſſante ceſſat prohibitio, par. 1. num.215.
Cauſa promiſsionis ceſſante ceſſat promiſsio. par.1.nume.217.
Cauſa recuſationis ceſſante ceſſat recuſatio, par.1.nume. 219.
Cauſa redhibitionis ceſſante ceſſat redhibitio, par. 1. num. 221.
Cauſa religionis ceſſante ceſſat religio, par. 1.nume. 223.
Cauſa repetitionis ceſſante ceſſat repetitio, par.1.nume. 225.
Cauſa reſtitutionis ceſſante ceſſat reſtitutio, par.1.nume. 227.
Cauſa ſecuritatis cōceſſæ ceſſante, ceſſat ſecuritas, par. 1.num.231.
Cauſa ſpecialitatis ceſſante ceſſat ſpecialitas, par.1.nume.234.
Cauſa ſtatuti ceſſante ceſſat ſtatutum, par.,1.numero.235.
Cauſa ſuſpicionis ceſſante ceſ

ſat ſuſpicio, par. prima. nu me. 238.

Cauſa voti ceſſante ceſſat votum, par. 1. nu. 242.

Cauſa ea propriè eſt, quæ finalis eſt, limit. 1. nu. 5.

Cauſæ appellatione & finalis, & impulſiua veniũt, limi. 1. nu. 5.

Cauſa quælibet præſumitur impulſiua in gratiis & priuilegiis, limi. 1. nu. 14.

Cauſæ impulſiuæ ceſſatio an vitiet in omnibus reſcriptis, arbitrarium eſt, limita. 1. num. 15.

Cauſa impulſiua in gratiis à principio vera ſi poſteà ceſſet, non vitiat, limita. 1. num. 18.

Cauſa impulſiua ceſſans effectum perimit, ſi ſtatuẽs non aliter diſpoſuiſſet, quàm ſi cauſa illa impulſiua locum habuiſſet, limita. 1. nu. 19.

Cauſam in lege appoſitam finalem Accurſius præſumit. limita. 1. num. 21.

Cauſa an finalis an impulſiua in dubio iudicanda ſit, limita. 1. nu. 21.

